







IN
14
QVADRAGESIMÆ,
ET ADVENTVS EVANGE-
LIA CATENA SACRA MORALIS.

AUCTORE MAGISTRO
Fr. Didaco de Caceres, Ordinis D. Hie-
ronymi, & in Collegio S. Mariæ de Gua-
dalupe, apud Salmanticam, Vesper-
tina Cathedra Theologia
moderatore.

DICATA SANCTISSIMAE VIR-
GINI MARIAE DE GUADALUPE
et del Ob. de Loyola in libru



CVM LICENTIA.
Salmanticæ, apud Hyacinthum Tabernier,
Typographum Vniuersitatis.
Anno 1636.



SANCTISSIMÆ Virgini Mariæ de Gua- dalupe.



SQVE ad temeritatem me evul-
gata dignatione tua promovisti,
fiducia maternæ charitatis exti-
tit origo audacia, culminis tui im-
peria à iugo charitatis nostro nō immunia, scio
te grande æstimare compendium, si præstandi
nascatur occasio, ei maxime, quem tibi ante de-
votum semper extitisse memineris, possessus
affectione præcellæ tuæ maiestatis, hæcenus
patrocinium tuum exopto, imò hæc sacra Ca-
tena tuam placidam expectat vultum, ne de-
negeri te credas gratum patrocinium, tutela-
rem firmitudinē eis exhibere, quos in aliquot
Evangelia habui conceptus moralem disquisi-
tionem spectantes, tuæ tutelari protectioni
committo, è Guadalupensibus montibus, &
gravissimo tuo nomini consecrato Conventu
totum mundum gratis & beneficiis misericor-
diæ radijs illuminas, Hispanias protegis, Ecce-
siam Dei tueris, vitam mortuis, cæcis visum,
claudis integritatem, miseris felicitatem, pau-
peri divitias, languidis sanitatem, captivis li-
bera-

berationem, egentibus subsidium, mæstis lætiti-
am, Christianis contra hostes gloriosas coro-
nas, mare tibi obedit, naufragis præsto ad es, in
omnibus elementis miraculis pulchrescis, Deo-
monia è corporibus depellens, peccata ab ani-
mabus ablegans. Tu lumen cœleste homini-
bus acquiris, non tibi solum lucescis Guadalu-
pensis Virgo, sed omnium aliorum re & nomi-
ne existis vera illuminatrix, & sole Christo Ie-
su filio tuo quem in manibus gestas amicta cla-
res, & cales cœlestium penetralia, nobis viato-
ribus Luna assistis: de te illud Ioan. *Luna sub pe-
dibus eius, quasi superius Solem, inferius Lunā
exprimeret, Luna facta ut præffet diei, quod ita
meditatur Chrysof. Quid est in perfecturas diei,
& perfecturas noctis: hoc est ut Luna dispellat tene-
bras, & hominum generi lumine suo præbeat commo-
ditates utendi suis studijs, tunc enim viator fidētius
iter facit, & sua studia mern deposito aggreditur, in-
ter nocturnos timores huius vitæ data es Lu-
na fulgentissima, è cuius lumine quisquis via-
tor est secure iter facere, & conficere valet, de
plenitudine tuæ gratiæ omnibus etiam Ange-
lis, & Deo proficis. Igitur hoc opusculum lu-
cem conspectare ambiens placide intueri, tuo
tutelari patrocínio ex voto addicitur.*

PR O-

LECTORI.



CVM Sacram Catenam in
omnia capita Sacræ Scrip-
turæ, tam in Veteri, quàm
in novo Testamento elaborassem,
nec vires suppetere ad eam præ-
lo committendam, aliquorum hor-
tatu solum in aliquot Euangelia edi-
cere nūc decrevi, habes ergo in hac
Catena moralia, in Dominicis Qua-
dragesimæ, Ferias quartas & sextas,
Feriam quintam in Cœna Domini,
Feriam secundam Resurrectionis,
in Dominicis quatuor Adventus.

¶ 3

EGO



EGO Fr. Martinus de la Vera, Generalis Ordinis D. P. N. Hieronymi, & Prior Convētus regij D. Bartholomęi de Lupiana, facultatem cōcedo M. Fr. Didaco de Caceres Cathedralico Theologiæ in Collegio Deiparę de Guadalupe Salmanticensi typis mandandi *Catenam sacram in Evangelia*. Datum in nostro Conventu S. Bartholomęi, Decembris mense 26, Anno 1635.

Fr. Martinus de la Vera Prior Generalis.

Secret. Fr. Ildephonsus à Trinitate.



DE mandato D. D. Martini de Bonilla in Sancta Salmatina Ecclesia Canonici, & Sedevacante Generalis Vicarij, Primarię Cathedralę Sacrorum Canonum moderatoris. Summa cura, & alacri animo evolui hanc Catenam Sacramoralem in Evangelia Quadragesimę & Adventus elaboratam à doctissimo P. M. Fr. Didaco de Caceres è Hieronymi Religione gloriosa prole, qua meditatio assidua lectio in Patribus, & Ecclesię DD plura studia elucent, ponderationes tersę, dulces, graves, narrat aperte, colligit concinne, ornat præcelse, delectat, referans placita recõdita, expositiones pulchras affe-

fferens quibus S. Scripturę arcana luci ficipitent, præfert lumen posteris ipse, quod sibi Ecclesię Doctor maximus prætulit, materiam gravissimam, altam, obscuram, ponderoso stylo diferit, pluribus enucleat conceptibus meridiano methodo graditur, profunde meditatur, alte instruit, cõcionatoribus præbet placidum fontem, thesaurum ditissimũ, & in hac aurea Catena plura ad mores, ad literaturam exhibentur, in ea nulla fidei dissona, innumeraabilia apta, iucunda, utilia percipio, censeo ergo vt lucem videat, vt lucem omnibus communicet, in nostro Collegio S. P. Norbeti Canonorum Regularium Præmostatensium, Salmaticę 1. Januarij, Ann. 1636.

*Magister Ioannes
à Casa Sola.*



LICENCIA.

NOS Los Provisores de la Ciudad y Obispado de Salamanca, Sede Episcopal vacante, &c. Por la presente damos licencia à qualquiera Impressor de libros, para q̄ pueda imprimir vn libro intitulado, *Catena sacra in Evangelia*, compuesto por el P. M. Fr. Diego de Caceres, Cathedratico de Theologia en el Colegio de nuestra Señora de Guadalupe de la Orden de S. Geronimo de la Ciudad de Salamanca, cumpliendo con las pragmaticas, y ordenamientos Reales, que hablan en razon de lo susodicho, y lo puedan hazer sin por ello incurrir en pena alguna. Salamanca 2. Enero 1636.

*El D. Don Martin
de Bonilla.*

Por mandado de los Señores Provisores.
Fausto de Villosa.



DOMINICA I. QVADRAGE- SIMAE.



DVCTVS est Iesus in deserto à spiritu vt tentaretur à Diabolo. Matth. 4. Cur in desertum? vt demonstret fortitudinem in tentationibus abit in desertum, & enim capitur imbecillitas, & infirmitas à mundialibus bonis: P. Hieronym. in Matth. 4. *Non in solo pane vivit homo, sed de omni verbo, quod procedit ex ore Dei, non in solo pane vivit homo, sed de omni verbo, quod procedit de ore Dei, si quis ergo non vescitur verbo Dei iste non vivit.* Ambr. in 1. Apol. David cap. 5. in illud Luca 15. *Vendit ad illam que perierat, & 2. Reg. 12. Pauper au-*

tem nihil habebat præter unam ovem parvulam quæ emerat, & nutrierat, & qua creverat apud eum cum filijs eius simul de panibus illius comedens, & de calice illius bibens. Unam ovem requisivit bonus pastor, hanc princeps istius mundi pauper, & egenus quasi filiam alimentis proprijs nutriebat, merito itaque defecerat, cuius substantia erat cibus sæculi. P. Hieron. in Isa. 3. *Ecce dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem, & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ.* Fortitudo igitur panis auferetur ab eis ille, qui dicit ego sum panis vivus, & fortitudo aquæ, de qua idem Dominus loquebatur. *Qui biberit aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, habent Iudæi panem, sed absque fortitudine habent aquas, sed absque robore, & quia fortitudinem perdiderunt infirmi sunt propterea olera comederunt, athletarum autem solidus cibus est, qui & vitam sustentat humanam, & viventibus præbet fortitudinem.* Ambros. in 1. Reg. cap. 21. *Dedit ergo Davidi sanctificatum panem, si habes hic ad manum hastam, aut gladium da mihi.* Davidi famelico panis sanctuarij est datus, quem ubi accepit multum roboris sumpsit, & sumpto cibo arma Goliath sibi submit quibus hostes subiciat, & tu si Christum acceperis Goliathem diabolum expugnabis.

Igitur

Igitur solus exiit abstinens ab omni re mundiali si vis in virtutis duello certisiam victoriam obtinere. Tertul. lib. ad Martyres Corint. 9. *Omnis autem qui in agone contendit ab omnibus se abstinere, & illi quidem ut corruptibilem coronam accipiant nos autem incorruptam.* Athletæ segregantur ad strictiorem disciplinam, ut robori ædificando vacent, continentur à luxuria, à cibus lautioribus, & lætioribus, à potu iucundiori, coguntur, cruciantur, fatigantur, quanto plus in exercitationibus laboraverint tanto plus de victoria sperant. Ambros. lib. 4. in Lucam. *Venit enim princeps huius mundi, & in me non habet quicquam.* Hoc quod est nihil mundi in se habere est Iesu pro victricibus armis quibus de triūphet incurfus principis tenebrarum, avaritiæ damno dives vrgetur, pater dispendio filiorum, homo doloribus, corpus vlceribus, quanta hæc Diaboli tela? Vnde Dominus noluit habere, quod perderet, & ideo pauper huc venit, nec haberet Diabolus quid auferret, ipsum Dominum dicentem audi, venit princeps huius mundi, & in me invenit nil. Cyprian. lib. de lapsis Genes. 32. *Traductisq; omnibusq; ad se pertinebat mansit solus Iacob, & ecce vir luctabatur cum eo usque mane.* Iacob ab omnibus se abstinere, omnia mundi alia à se dimittit, & omnibus excitus

A 2

luctam,



Catena sacra,

4
 luam, certamē, & victoriam init: primus est
 victoriæ titulus gentiliū in manibus apprehē-
 sum Dominum confiteri, secundus ad gloriam
 gradus est cauta secessione subtractum Domi-
 no reservari, ille iudicem sæculi vincit, hic con-
 tentus Deo suo iudice conscientiam purā cor-
 dis integritate custodit, illic fortitudo promp-
 tior, hic fortitudo securior, ille appropinquan-
 te hora sua iam maturus inventus est, hic for-
 tasse dilatus est, qui patrimonio relicto id cir-
 co secessit: quia non erat negaturus, confitere-
 tur utique si fuisset, & ipse detentus. Exime te
 à mundalibus, vt tibi habeas Deum deuinctū.
 Ambros. lib. 2. de Abraham cap. 3. Genes. 12.
Apparuit Dominus Abrahæ, & dixit, alij legunt:
visus est Dominus Abraham. Nusquam superius
 habes, quod visus esset Dominus Abrahæ,
 quia quādiu Chaldæus fuit, hoc est non solū
 in regione, sed etiam in opinione Chaldæorū,
 non poterat Deum videre quem intra mundū
 quærebat. Paschasius lib. 10. Matth. 22. *Reddi-
 te qua sunt Cesaris Cesari, qua sunt Dei Deo.* Vos
 metipfos reddite Deo quod omninō non po-
 testis nisi vos primum exuatis à censu Cesaris
 quantū deinceps liberi fitis: & ideò prius red-
 dite, quod alienum est. Ephrem serm. de angus-
 tia animæ expugna hostis. Tu qui cuncta præ-
 noscis

In aliquot Euangelia.

noscis Domino, ascendenti ad te conspicio
 & si penitus exiit mundum, & te perfectē de-
 siderat antequam pertingat ad ianuam aperis
 ei, priusquam procidat manū illi pijsime por-
 rigis, antequam lachrymas effundat miseratio-
 num tuarum super illum copiam fundis. Qua-
 re si à mundo secedis casus aspicias. Bacharius
 epist. ad Ianuarium 2. Reg. 3. *Asahel velox erat
 sicut cervus,* velox erat sicut cervus, qui perspi-
 cacia mentis inimici laqueose vitabat. Salomus
 Prov. 5. *Frustra iacitur recte ante oculos pennatorum.*
 Pennati isti sunt sancti, & electi viri qui
 habent pennas fidei, spei, & charitatis quibus
 ad coelestia contemplanda volant, habent, &
 spirituales oculos quibus, & insidias hostis an-
 tiqui prævident, & peccata præcavēt. Ambro.
 lib. 1. de pœn. cap. 14. Psalm. 36. *Vidi impium su-
 per exaltatum, & elevatum sicut cedros Libani, &
 transiui, & ecce non erat.* Transi secularia, & ce-
 cidisse aspicias altitudines impiorum. In infir-
 mitate mundialium fortior evades. Anselmus
 2. Corinth. *Cum enim infirmor tunc potens sum,* tūc
 vincit Christianus cum perire mundo puta-
 tur. Bernardus serm. 4. in Nativit. Zachar. 3.
*Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem mag-
 num indutum vestibus sordidis, & Sasham stabat à
 dextris eius vt adversaretur ei.* Agnosco Iesum



Catena sacra,

magnum Sacerdotem opertum vestibusfordi-
dis dumaltercatur cum Diabolo, exēplum
dedit nobis vt nos eadem faciamus, vtillior si-
quidem inconflictulorica ferrea (abiectio &
infirmitas) quam stola linea. Rupert. lib.4.in
Exod.ca.25. Psalm.105. *Dixit vt disperderet eos
si non Moses electus eius stetisset in confractione in cō-
spectu eius vt auerteret iram eius. Per nimiam hu-
militatem significat Mosem Deum tenuisse
dicendo in confractione, confractio namq̄ue
nimia cordis humilitas est, quæ sola corā Deo
fortis est, & valida, ita vt illa laborante quasi
brachium suum ad percutiendum Deus extē-
dere non valeat, regina virtutum vincente pro
sua reverentia.*

*Cum ieiunasset. Ieiunium hominem in fortē
divinam elevat. Tertul. contra Phichicos, 3.
Regū. 19. Quid hic agis Elia? Quid tu Elia hic,
multo amicitior ista vox, quam Adam vbi est?
illa enim pasto homini minabatur, ista ieiuno
blandiebatur, tanta est circūscripti victus præ-
rogativa vt Deum præstet homini contuber-
nalem, parem revera pari. Chryfolg. serm. 166
Exod. 34. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta
dies, & quadraginta noctes, panem non comedit, &
aquam non bibit, & ignorabat quod cornuta esset fa-
cies sua ex consortio sermonis Domini, videntes autē
Aaron,*

In aliquot Euāgelia.

*Aaron, & filij Israël cornutam Mossfaciem timue-
runt prope accedere. Septuaginta. Moses non scie-
bat quod glorificatus fuerat aspectus cutis faciei sua,
cum loqueretur ipse ei, & vidit Aaron, & omnes filij
Israël Mosem, & erat glorificatus. Chaldaus. Vi-
ditq̄, Aaron, & omnes filij Israël Mosem, & ecce
multiplicatus erat splendor gloria vultus eius, timue-
runtq̄, accedere ad eum. Moses dierum quadra-
ginta ieiunio, ita humano defæcatus à corpo-
re vt totus divinitatis mutaretur in gloriam, &
adhuc in nostri corporis obscuro toto lumine
Deitatis, neque intueri eum mortalium visus
posset qui substantia Dei diu pastus tota mor-
talis cibi oblitus fuerat adiumenta. Ieiunium
viam ad cœlestem paradysum ostendit. Am-
bros. serm. de Elia, & Ieiunio cap. 4. gula de Pa-
radiso regnantem expulit abstinentia ad Para-
disum revocavit errantem. Chryfolg. serm. 2.
Lucæ 15. *Ecce ego hic fame pereo, surgam & ibo ad
parem meum. Fames revocat, quem satura ex-
tulerat, fames illi patrem dedit sapere, etsi tan-
tūm præstitit vel invita fames, probate, quid
voluntarium posset præstare ieiunium. Am-
bros. de Elia, & Ieiunio, cap. 4. Sexto die bestię
sunt creatæ, cum bestijs orta est edendi potes-
tas, & vsus escarum, vbi cibus cæpit ibi factus
est finis mundi, ibi cæpit incrementa sua nes-**



Catena sacra,

circē, ibi ceperunt divina circa eum opera feriari, quod indicio declaratum est, quod per cibos mundus haberet imminui per quos desijt augeri. Hostiles vires dæmonis ablegat. A. tanaf. lib. de Virg. quisquis ab immundo spiritu vexatur si hoc animadvertat, & hoc pharmaco vtatur, ieiunio, inquam, statim spiritus malus oppressus abscedet vim ieiunij metuēs. Hilarius anceps sermo est, *si Filius Dei es? Licet esurientem videret, tamen quadraginta in eodierum ieiunium pertimescebat. Ieiunium virtutes tutatur.* Ambros. serm. 25. de Quadrag. 1. Reg. 14. *Maledictus vir qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis meis, & non manducavit vniversus populus panem.* Denique nec belli finis imponitur, nec regi Sauli respōsum propheticū datur, vnde intelligimus quod Saul hostes nō tam virtute militum, quā militum abstinentia superabat, vnus Ionathæ de favo comedentis culpa cundis confertur ignavia, & vnus delicto cundis generatur infirmitas, deficit enim virtus in exercitu vbi deficit in observatione ieiunij. Tertulianus lib. de Ieiunij 1. Reg. 17. *Israēlita convenerunt in Maspha, hauseruntq; aquam, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunaverunt die illa. intonuit autem Dominus fragore magno super Philisthym, & exterruit eos,*
& cefi

In Aliquōt Euangeliā. 9

& cefi sunt à filiis Israel. Cæciderūt pastos Philiſtianos impasti Israēlitæ, armatos inermes, hæc erunt vires ieiunantium Deo, cœlum pro eis militat, habes formam præsidij, etiam spiritua libus bellis necessariam. Basilius hom. 1. de laudib. ieiunij. Matth. 4. *Et cum ieiunasset, accedens tentator.* Dominus nō prius in carne, quā sumpt ferat diaboli insultus suscepit, quam cum ieiunio communicasset, simul & nos erudiēs, vt sic nos contra tentatorem exerceamus. Ruricius Episcopus lib. 2. epist. 14. Gen. 3. *Vt operaretur, & custodiret illum.* Adam paradisi, & custos deligitur & colonus, vt haberet operandi materiā libertas arbitrij, & quod orationū obtinisset industria, parcitatis abstinentia custodiret, à cruce ieiunium persuadetur. Chrysoſt. serm. 1. in vener. crucis media Quadragr. apud Biblioth. homil. in festo invent. Crucis. Vidisti Crucis mysterium, nec in Domino tātum, verum etiā in servis tātum valere, hoc Petrum Principem fecit, hoc Paulum tālē reddidit, hoc etiam eos qui ieiuno sunt stomacho, & se abstinent non ab sculentis modo, verum etiam à perturbationibus fortes efficit, armemus nos vi Crucis, & armati ad ieiunij veniamus paratiores. Zeno Varonens. lib. 1. serm. 11. Matth. 6. *Tu autem cū ieiunas unge caput tuum.* Qui Christo conrucifi-

xus est, & ei consepultus est, hic est qui vngit caput suum, & in operibus Christi bonus odor efficitur. Frugalitas amplectenda. Nilus in Affectico frugalitatem enim amplexi dum paucis minimisque rebus sunt contenti, eo pervenerunt, ut nullis indigerent, proximeque ad incorporeas virtutes accederent, quam ob rem cum obscuri in gloriaque essent pauperes Christi secundum corpus illis qui omnia posse videri volunt potentiores extiterunt. Galfridus in allegorij Tilmanni. Matth. 4. *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Ille dicit ut lapides panes fiant qui duritiam disciplinæ, quam professus est, convertit ad commoditatem vitæ, non recolens in Verbo Dei sibi potius esse vivendum, prius tamen dicit aliter, ut panes lapides fiant cum necessaria suppetant occasiones querelæ, & murmurationis exquirens, gulam fuge, Chrysof. Psalm. 119. *De torrente in via bibet propterea exaltabit caput.* Exaltatio oritur de aquis torrentis, id est vita frugali, & tu dilecte vitam luxuriantem, lautas epulas, fastumque contemne, tenuæ ac facilem & minimè exquisitam vitam prosequere si vis esse clarus & magnus, audiant qui sibi mensas apponunt omni genere epularum repletas, qui evadent omnium abiectissimi, nec enim excelsum quid consuevit facere quod pluribus

ribus indiget. Minutius Felix in suo aureo Octavio, nisi forte vos decipit quod Deum nescientes divitijs affluant, honoribus floreat, polleant potestatibus, miseri in hoc altius tolluntur, ut decidant altius, hi enim ut victimæ ad supplicium saginantur, ut hostiæ ad pœnam coronantur. Galfridus in allegor. Tilmanni. contigit ut moreretur mendicus, & ieiunus & portaretur ab Angelis, mortuus est autem dives epulis & gulæ deditus, & sepultus est in inferno, videbatur ad dexteram Domini stare dum viveret, sed moriens statim inventus est ad sinistram, videbatur & pauper positus ad sinistram, dum multipliciter affligeretur, sed ad dexteram factus est dum in signum Abrahæ portaretur.

Assumpsit & stavit supra pinnaculum templi. Nō per gradus, sed subito conscendere Diaboli astus, per meritorum gradus ad altitudinem dignitatum procedendum, nō aliter Leo Magnus serm. 2 in anivers. suæ assumpt. Psalm. 209. *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Hoc est non secundum ordinem Aarō, cuius sacerdotium per propaginem sui seminis currens temporalis ministerij fuit, sed secundum ordinem Melchisedech, in quo æterni Pontificis forma præcessit, denique cum huius divinis Sacerdotis Sacramentum, etiam ad humanas



nas pervenit functiones, nō per generationum
tramitem currit, nec quod caro & sanguinis eli
gitur, sed cessante privilegio fratrum, & fami
liarum ordine prætermisso eos Rectores Eccle
sia accipit quos Spiritus S. preparavit, vt in po
pulo adoptionis Dei cuius vniversitas Sacerdo
talis, & regalis est nō prærogativa terrenæ ori
ginis obtineat vnctionem, sed dignatio cœle
stis gratiæ gignat Antistitem, Aelredus serm.
10. Isaïe 3. 1. vers. 10. *Obscuratus est Sol in ortu suo*
Ioelis 2. vers. 31. *Sol convertetur in tenebras.* Mul
ti initio Sacerdotij sui lucent, quorum vita in
tegra est & intentio recta, & electio sana, qui ta
men morum mutatione obtenebrescent, at ali
quando ita mortalium mentibus dominatur
avaritia & ambitio, vt etiam ipsa promotionis
initia quasi ortus solis tenebris plena sint, quia
nimis vita pessima procedit, & peruersa in
tentio, & turpis ingressio succedit. Gregor. in
2. part. Pastoral. c. 1. Osee 8. vers. 4. *Ipsi regnave
runt, & non ex me, Principes exiterunt & non cogno
vi.* Ex se tamen & nō ex arbitrio summi Recto
ris regnant, qui nullis fulti virtutibus nequa
quam divinitus vocati, sed sua cupidine accen
si culmen regiminis rapiunt potiusquam asse
quuntur, Augustin. Psalm. 126. *Vanum est vobis
ante lucem surgere. surgite postquam sederitis.* Mat
thæi

thæi 20. *nescitis quid petatis, non est meum dare vo
bis.* Ante lucem surgere volebant Zebedæi, &
sedere ad dexteram, & ad sinistram, exaltari an
tequam humiliarentur, vanum est vobis sic an
te lucem consurgere, Dominus vester, qui est
lux vestra humiliatus est, vt exaltaretur, humi
liavit semetipsum, ecce sessio propter quod
Deus exaltavit illum, ecce resurrectio, & vos
vt habeatis nomen, & exaltemini, festinate &
surgite, sed postquam sederitis. Ambros. lib. 5.
de fide ad Gratianum cap. 3. ad Patrem Æter
num Christus referens addidit quibus paratū
est, vt ostenderet Patrem quoque non petitio
nibus deferre solere, sed mentis, quia Deus per
sonarum acceptor non est, non dixit non est
meum dare, sed vobis, hoc est non sibi potesta
tem deesse asserens, sed meritum creaturis, S.
Nilus 1. Paralip. 22. vers. 8. *David non poteris edi
ficare domum quoniam meo (ait Deus) tanto effuso san
guine coram me.* Quod si quis non dum cupidita
tes superavit, sed adhuc impugna, & sanguine
versatur, & tamen Deo templum ex animis hu
manis molitur, is audiet à Deo, tu mihi templū
non ædificabis, quoniam vir sanguinum es, pa
cificum sine ambitione requirit statum divini
templi constructio. Drogo Hostiens. serm. de
Sacram. Dom. Pass. tom. 2. Bibl. Matth. 28. ver



18. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: Domine Iesu omnis potestas in cœlo, & in terra tibi data est, magne rex virtutū, quia factus est obediens Patri vsque ad mortem, mortem autem Crucis, ecce elevata est magnificentia tua super cœlos, & omnia subiecta sunt pedibus tuis. Ambros. lib. 7. in Lucam, Ioan. 6. vers. 19. Cumq; cognovisset Iesus, quia venturi essent ut raperent eum, & facerent eum regem fugit iterum in montem ipse solus. Matth. 16. vers. 13. Quem dicunt homines esse filium hominis? Eliam fortem turba opinabatur, quia raptus est in cœlum, sed nō Elias Christus, ille rapitur, iste regreditur, ille per turbinem rapitur, iste rapinam nō arbitratus est esse se æqualem Deo, per gradus laborum sublimitas cœlestis regni comparanda. Ambr. ferm. 20. in Psal. 118. Genes. 3. vers. 24. Collocavit Dominus ante paradisum Cherubim, & flammeū gladium, & versailem ad custodiendam viam ligni vitæ. Omnes oportet igne probari, quicumque ad paradisum redire desiderant, non enim otiose scriptum quo deiectis Adam, & Eva è paradiso posuit Deus in exitu paradisi gladium igneum versailem. omnes per flammam oportet transire in refrigerium inducendi iuxta Davidem dicentem transivimus per ignem & aquā & eduxistinos in refrigerium Leo M. ferm. de Trans-*

Transfig. Lucæ 9. *Domine bonum est nos hic esse, nō enim sciebat quid diceret. Huic suggestioni Dominus non respondit, significans non quidem improbum, sed inordinatū esse quod cuperet, cum salvari mundus nisi Christi morte nō posset, & exemplo Domini in hoc salvetur credentium fides, ut scilicet non oporteret de beatitudinis promissionibus dubitari, intelligemus tamen inter tentationes huius vitæ prius nobis tolerantiam postulandam esse quam gloriam, quia tempora patiendi non potest prævenire felicitas regnandi. Tertullianus lib. de corona militis c. 14. Christus Iesus, quale oro testum pro utroque sexu subijte spinis, opinor & tribulis in figuram delictorum, quæ nobis protulit terra carnis, abstulit autem virtus Christi omnes aculeos mortis in Dominicis capitibus tolerantia obtundens, certè præter figuram contumelia in promptu est, & turpido, & dedecoratio, & his implexa vitia, quæ tunc Domini tempora, & facta daverūt, & lancinaverunt, ito tu nunc laurea, & myrto, & olea, & illustriori quoque fronde, & quod magis vsui est centenarijs quoque rosifex horto Midæ lectis, & vtriusque lylijs, & omnibus lylijs coroneris, etiam gemmis forsitā & auro ut & illā Christi coronam æmuleris, quæ postea ei obvenit, quia*



quia favos post fella gustavit, nec ante Rex gloria à cœlestibus salutatus est quàm Rex Iudæorum proscriptus in Crucem, si ob hæc caput ei tuum debes, tale si potes, ei tuum repende, quale suum pro tuo obtulit, Origen. hom. 13. Gen. 17. vers. 13. *Erit pactum meum in carne vestra, erit testamentum in carne vestra.* Quomodo erit testamentum Christi in carne vestra requiro, si mortificaverò membra mea quæ sunt super terrâ, testamentum Christi habeo in carne mea, si semper mortem Christi circumferam, quia si compatimur, & conregnabimus, si complâtatus fuerò similitudini carnis eius & mortis eius, testamentum eius erit super carnem nostram.


DOMINICA II. Quadrag.

ASSVMP SIT Iesus. Matth. 17. Ductus à Iesu in difficilissima nihil timeat, Ambr. lib. 2. de Abraham c. 5. Ioann. 8. *Abraham exultavit ut videret diem meum vidit, & gavisus est. Genes. 13. erat autem Abraham dives valde in possessione auri & argenti, sed & Loth, qui erat cum Abraham fuerunt greges ovium & ar-*
mensa

mentâ, & tabernacula. Loth non habebat in suis divitijs aurum, quod habebat Abraham, qui vidit Christi posteriora, de quo scriptum est, & posteriora eius in specie auri, vidit illum Abraham sicut testatus est Dominus dicens, Abraham diem meum vidit & gavisus est, & idè auri speciem habere meruit, & possidere, Chrysost. in Caten. Lipom. Genes. 26. *Orta autem fame super terram abiit Isaac ad Abimelech Regem Palestinorum in Gerara, apparuitq; ei Dominus & ait, ne ascendas in Ægyptum, sed quiesce in terra, quam dixerò tibi, & peregrinare in ea, erog, tecum. ne putet iustus, quod hoc imperet Deus, quasi volens seum famis angustiam experiri, & non permittere ei transitum in Ægyptum, inquit, ero tecum, & benedicam tibi, ne sis sanxius, neque curam habe, ego enim ero tecum, igitur cum suppeditatorum bonorū omnium habeas ne sis sollicitus, ego enim Dominus omnium ero tecum, in Iesu omnia habes ab eo ergo duci intende. August. serm. 43. ad fratres in eremo. O vos mundi amatores qui terrena sapitis, & pro terrenis honoribus, & pompis discurrere non desistitis transvolantes montes, & Alpes, investigare volentes alta cœli, & lata terræ, profunda maris in calore & frigore, fame & nuditate, cur Christum non queritis in quo hæc omnia, & maiora*

ra perfectè reperiuntur. Ambros. Psalm. 35.
 Hier. 1. *mittamus lignum in panem eius* Dominus
 in Christo carnem iunxit & lignum, vt fames
 antiqua cessaret, vitæ gratia redderetur, beatū
 lignum Domini, quod omnia peccata crucifi-
 xit, beata caro Domini, quæ victum omnibus
 ministravit. Nyssen. hom. 10. Cant. 5. *Veni in
 hortū meū sponsa, messui myrrham meā cum aromati-
 bus meis comedi favum cū melle meo.* Symmachus:
*de pastus sum syluam meam 70. comedi panem meum
 cum melle meo.* Pro pomis autem efficit, vt arbo-
 res panem ferant mixtum cum melle suo, &
 sic explicetur propheticum illud, quod eius
 mel, & c. pulchra, ac bona, & vinum ab ipso su-
 mitur temperatum lacte eius, ex ipso enim
 Iesu, & per ipsum, & in ipso omnia sunt in Iesu
 prima nostra perfectio. Ambr. lib. 2. de inter-
 pellat. cap. 2. Proverb. 8. *Dominus possedit in initio
 viarum suarum 70. Dominus creavit me initium via-
 rum suarum in opera sua.* Symmachus. *Dominus
 creavit me principium viarum suarum ante opificium
 suum.* Soli Christo servabatur magnarum præ-
 rogativa virtutum, quia ipse est virtutum prin-
 cipium, sicut dixit, Dominus creavit me prin-
 cipium viarum suarum. Chrysost. serm. de As-
 cens. 1. Cor. 13. *primitia Christus deinde alij.* Si pri-
 mitiæ sunt, primus homo factus debuerat ele-
 vari,

vari, at primum quod pullulat, non est hoc pri-
 mitiæ, nam imbecillis fructus nullus est, sed for-
 tis & validus ipse debet offerri, quia igitur ille
 fructus peccato fuerat alligatus, & peccati cri-
 minè tenebatur, idè Adam non levatus est, li-
 cet prior factus esse videatur, sed is Iesus qui
 postea factus est. Christus præit quem respi-
 cientes etiam in arduis levamen capiemus. Eu-
 sebius Emisenus, Actor. 7. *Video caelos apertos, &
 Iesum statem adextris virtutis Dei.* Iuste incunctè
 ter offert sanguinem suum Stephanus, qui præ-
 oculis habet Iesum regem suum, simul & bra-
 chium suum, & filium hominis adextris virtu-
 tis Dei, vides quod spectantis intuitus armat
 constantiam triumphatoris. Gregor. 1. Regum
 cap. 16. Christus pulcher aspectu fuit quia &
 mortales nos ex magna charitate respexit, qua
 si enim aspectus sui pulchritudinè repromit-
 tit discipulis ait, iterum videbo vos, & gaude-
 bit cor vestrum. P. Hieron. ad Iulianum epist.
 34. Iacob qui delicatissimè à Rebecca matre
 fuerat educatus lapide ad caput pro pulvillo
 utitur, vidit scalam de terra vsque ad cælum,
 & ascendentes per eam Angelos, & descēdentes,
 & desuper innitentē Dominum, vt lapsis manū
 porrigeret, vt ascendentes suo ad laborē provo-
 caret aspectu, ne ducaris propria voluntate,



Catena sacra,

quæ excidium, & descensum non ascensum in
 cœlestem gloriam infert. Chrysof. Matth. 2 o.
 Dic ut sedcant duo filij mei vnus ad dexteram, vnus ad
 sinistram in regno tuo. Non scitis quid petatis ego
 vos vocavi ad partem dexteram de sinistra, &
 vos vestro consilio curritis ad sinistram. Ru-
 pertus lib. 1. in Ieremiam cap. 88. Proprijs se-
 ditionibus diuisos Iudæos inservire permisit
 eos, & merito: quia data sibi optione seditionis
 auctorem Barrabam dimitti sibi petierunt, Re-
 gem autem Christum pacificum occiderunt.
 Bernard. serm. 17. in Cant. Isaia 14. *Dicebas in
 corde tuo, in cœlum conscendam, super astra Dei exal-
 tabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in late-
 ribus Aquilonis.* Tu tibi miser sedes collocas in
 Aquilone, plaga nebulosa, & frigida. Sub den-
 da nostra voluntas divinæ voluntati. Eucher.
 lib. 1. Reg. cap. 15. Ioan. 6. *Eum qui venit ad me
 non eijciam foras, quia de cœlo descendi, non ut faciã
 voluntatem meam, sed eius, qui misit me.* Quis nes-
 ciat quod voluntas filij à voluntate Patris
 nõ discrepat? Sed quoniam primus homo, qui
 suam facere voluntatem voluit à paradisi gau-
 dio exivit: secundus homo ad redemptionem
 hominum veniens, cum voluntatem se Patris,
 & non suam facere ostendit, permanere nos in
 tus docuit: quia dum exemplo suo nos obediẽ-
 tiã

In Aliquot Euangeliã.

tiã subdit viam nobis egressioni claudit. Am-
 brof. serm. 5. Psalm. 118. *Deduc me Domine in viã
 iustificationum tuarum, & exquiram eam semper.*
 Deduc me Domine in viam tuorum decreto-
 rum, vt eam retineã vsque in finẽ, miles, qui in-
 greditur viãdi ordinẽ, nõ sibi disponit, nec pro
 suo arbitrio viã carpit, nec volũtaria carpit cõ-
 pẽdia, sed itinerariũ accipit ab Imperatore, hãc
 legẽ viandi, Christo ducente, sanãtis commẽ-
 tibus præscriptam velim. Propria volũtate du-
 ctus vltra propriam sphæram prosilire ambi-
 bis, & errabis. Timotheus Antiochenus. *Facia-
 mus hic tria.* Quid tibi in mentem venit Petre?
 quæ non didicisti facere aggredieris, retia didi-
 cisti contexere, num etiam tabernacula ea ædi-
 ficare? tibi ne parebo? an mundum ego Chris-
 tu saluabo, hiccine maneam? quis mundum re-
 dimet? tui ne solvis curam geris, an non totius
 mundi? Proclus de recta fide ad Armen. Galat,
 1. *Si nos aut Angelus de cœlo euangelizauerit vo-
 bis præter id quod accepistis anathema sit.* Ministra-
 re namque præceptum est Angelo, non dog-
 ma componere, periculosum singulis appetere
 velle supra mensuram.

Transfiguratus est ante eos. Christus comuni-
 cat gloriam suã Transfigurationis suis discipu-
 lis, quippè nullum censet triumphum nisi



Catenā sacra,

quando largitur sua munera. Chrysoſto. apud
 Damasc. lib. 3. Paral. cap. 10. Roman. 10. *Qui
 dives est in omnibus qui invocant eum.* Apud homi
 nes debita exposcere opulencia est, apud Deū
 autem eadem condonare divitiæ sunt, ac nos
 cum debitam pecuniam accipimus facultati
 bus augemur, Deus autem cum scelerum gra
 tiam facit tunc denique maximè detescit, divi
 næ siquidem bonitatis opes in hominum salu
 te positæ sunt, sicut ait Paulus, qui *dives est in om
 nibus, qui invocāt eum.* Chryſolog. serm. 131. Ge
 nes. 32. *Ecce vir luctabatur cum eo vsq; mane, vi
 dens autem, quod eum superare non posset.* Iacob viā
 ti conviator occurrit Deus, & ita se humano
 collegio socium præbet, vt provocanti homi
 ni Deus totus in luctam inferatur, & tunc vide
 batur nervis aut lacertis vincere, quādo victor
 cœlestia dat dona, munera dat divina præfer
 tim habitationem cœlestem quæ à nobis quæ
 renda. Alcuinus in Caten. Lipoman. cum in
 carnationem Christi ad mentem reducimus,
 sollicitè eum toto corde rogemus vt mansionē
 æterni habitaculi nobis ostendat. Auguf. Psal.
 41. *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas
 me? Quare conturbo te, nisi quia non dum sum
 ibi ubi est dulce? non vis vt conturbem te posi
 ta in sæculo, & peregrina adhuc à domo Dei
 mei.*

In Aliquōt Euangeliā.

mei. Timotheus Ierofol. orat. de Cruce & Trāf
 figur. Matth. 17. *Bonum est nos hic esse nesciebat.*
 Hicine habitabo, & extra paternum inveniar
 finum? nam cœlestia bona magna sunt. Chryſo
 ſtom. orat. in S. Iulian. cur externis quidem ac
 prophanis athletis simul obveniunt victoriæ,
 ac coronæ, pietatis autem athletis nō simul vi
 ctoriæ & coronæ, sed tantum pro temporis in
 tervallo, quod maioribus eos ornare vellet mu
 nus distulit, non enim vitæ præsentis natura
 magnitudinem honoris illius capit, vanum
 est præsens tempus ac breve, infinitum illud
 immortale, & æternum. Cyprian. serm. de Af
 cens. 1. Petri 1. *Si tamen gustastis quoniam dulcis est
 Dominus: ibi non gustabunt quam suavis est Do
 minus, sed implebuntur, & satiabuntur dulcedi
 ne, hæc appete cœlestia bona ex quibus homi
 nes ditantur & augentur.* Bernard. ser. 6. de Af
 cēs. 4. Reg. 2. *Si videris me quādo tollar à te* (Elias,
 Elifæo omnia duplicia præſagiebat dummodo
 ab Elifæo ad cœlum raptus cerneretur) *erit quod
 petisti, duplicavit spiritum visio abeuntis, cum
 evidenter raptus in cœlū vniuersa pariter eius
 desideria se cum tulit, vt inciperet ipse quoque
 iam sapere quæ sursum sunt, nō quæ super ter
 ram.* Cyrill. lib. 7. in Levit. Actor. 9. *ascendit* (Pe
 trus apud Ioppem oraturus) *in superiora: non ex*




24 *Catena sacra,*

superfluo superiora delegit adorandum, sed vt ostenderetur quod Petrus, quia mortuus erat cum Christo, quæ sursum sunt quærebat, vbi Christus est in dextra Dei sedens, & non quæ super terram. Nyssenus in orat. Dom. 2. Lucæ 15. *pater* (dicebat prodigus) *peccavi in cælum, & coram te: Quemadmodum illic reversionis ad patriam sedem paternæ humanitatis recordatio adolescenti prodigo causa extitit (patria enim sedes cælum est, in quo se peccasse ad Patrem dicit) ita hic mihi Dominus dum cœlestē Patrem (Pater noster qui est in cœlis) invocandum esse docet, bonam illam patriam in memoriam redigit, vt vehementiori bonorum iniecto desiderio sistat me rursus in via ad patriam reducēti, ob cœlestium bonorum divitias Christus sponte exinanire se voluit, vt sua vacuitate repletet homines, Bernard. in allegorij Gothfridi Tilmani, exinanivit semetipsum (ait Apostolus) formam servi accipiens, filius erat & factus est tanquam servos, nec solum formā servi accepit vt subesset, sed etiā talis servi vt vapularet, & servi peccati, vt pœnam solveret, eū culpam non haberet, in similitudinem hominū non hominis factus, quia primus homo, nec in carne peccati, nec in similitudinem carnis peccati est creatus, Christus autem in vniuersali homi*

In Aliquot Euangelia. 25

hominum miseria pressus & profundius se immerfit, ne subtilis ille diaboli oculus magnum pietatis deprehenderet Sacramentum, ideò habitu inventus est vt homo, nec in eo quantum ad naturæ debitum signum aliquod singularitatis apparuit, quia enim ita inuētus est ideò crucifixus, paucis revelavit se ipsum vt essent qui crederent, reliquis absconditus est, quia si cognovissent numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Chrysologus serm. 37. fugit Ionas à facie Dei, non ne Dominus, vt hominis faciem præferret & formam, faciem & formam proprię deitatis aufugit, Apostolo dicente. *Quicū in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinavit, formam servi accipiens: formam suscepit servi Dominus vt lateret mundum, vt diabolum præveniret in hominem se fugit ipsum, & benè typus Christi ipsius Ionæ servatur in verbis non dixit, fugis Deū, sed à facie Dei ego fugio, Deus qui ubique est quo se ipsum fugiat non est, sed Christus nō vt loco, sed sicut specie faciem Deitatis aufugeret, nostræ servitutis ad totum confugit vultum. Tertulian. lib. 2. contra Marcionē, cap. 12. Totum denique Dei mei penes vos de decus sacramentum est humanæ salutis, conversabatur Deus, vt homo divina agere doceret,*




Catena sacra,

retur, ex æquo agebat Deus cum homine, vt homo ex æquo agere cum Deo posset, Deus pul-
 llus est inventus, vt homo maximus fieret. Chryfolog. ferm. 110. *Christus ascēdit in naviculā*
 Matth. 9. & *transfretavit*. Et quid mirum? Chri-
 stus venit suscipere infirmitates nostras, & suas
 nobis conferre virtutes, humana quærere, præ-
 stare divina, accipere iniurias, reddere digni-
 tates, ferre tædia, referre sanitates: quia medicus
 qui non fert infirmitates curare nescit, & qui
 non fuerit cum infirmo infirmatus infirmo nõ
 potest inferre sanitatē, Christus ergo si in suis
 mansisset virtutibus cõmune cum hominibus
 nihil haberet, & nisi impleffet carnis ordinem,
 carnis in illo esset otiosa susceptio. Philo Car-
 patius Cant. 1. vers. 3. *Oleum effusum nomen tuum*
in deo adolescentula diloxerunt te. Tunc verè effu-
 sum cum se nostra mortalitate contexit, vt nos
 sua immortalitate donaret, se totum nobis effu-
 dit cum pro nobis mori non recusavit, nomen
 illud effusum est summa eius in nos charitas,
 & ardentissimus amor, mortalis venit, vt nos
 redderet immortales, passus ne nos pateremur,
 mortuus ne moreremur, descēdit ad ima vt nos
 tolleret ad superna, exinanitus Dominus, vt
 excellentissime dominaretur servus.

Faciamus hic tria tabernacula. In hoc Petrus
 nescie-

In aliquot Euangelia.

nesciebat quid diceret, qui volebat in vno ta-
 bernaculo habitare Christum simul cum suis,
 & ibi benefacere omnibus equaliter, igitur om-
 nibus æqualiter princeps benefacere debet.
 Tertulianus lib. contra Iudæos cap. 7. non regis
 apud Christum maior gratia, non barbari,
 alicuius imperiosi lætitia, non dignitatum, aut
 naturalium cuiusquam discreta merita, omni-
 bus æqualis, omnibus rex, omnibus Deus, &
 Dominus est. Bernardus ferm. 1. de Purificat.
 Psalm. 47. *Suscepimus Deus misericordiam tuam in*
medio templi tui. In medio templi tui misericor-
 dia tua est, non in angulo, aut diversorio: quia
 non est acceptio personarum apud Dominum.
 Bernard. Psalm. 18. *In sole posuit tabernaculum*
suum. Deus offertur omnibus, & nemo illius
 expers nisi qui renuit. Nazianzen. orat. 3. in
 Iulianum. O leges! ò legislatores! ò principes!
 qui quemadmodum cœli pulchritudo, & solis
 lumen, & aeris refugio cõmuni, & pereani be-
 neficentia omnibus patent, sic legum quoque
 vsum liberis omnibus hominibus ex æquo pro-
 posuistis. Chryfolog. ferm. 142. Lucæ 1. vers.
 13. *Vxor tua* (vario loquendi modo vsus Dei nõ
 tius cum Deiparæ, & Zachariæ de filiis nasci-
 turis evangelizat) *Elisabeth pariet tibi filium*. Lu-
 cæ 1. vers. 31. *Ecce concipies in utero, & paries fi-*
 lium


 lum (non addidit tibi quia Christus non matri
 solum sed & omnibus nascitur) quare? quia *Sa-
 lum* vocabitur filius Dei. August. Psalm. 45. *Deus
 in medio eius*, quid hoc designat? quod Deus est
 omnibus æquus, & personas non accipit, quo-
 modo enim illud, quod in medio est paria ha-
 bet spatia ad omnes fines, ita Deus dicitur esse,
 æqualiter omnibus cõsulēs. Ambr. in Psa. 118.
 in alijs hæreditatibus hæredis esse damnũ co-
 hæredis adscriptionem, cõpertũ in cœlesti nõ
 minui hæredi quidquid à cohæredibus vendi-
 catur, sed eo magis singulis crescere quo plu-
 ribus fuerit impertitum. August. Psalm. 83.
 Apocalyp. 21. *Ecce tabernaculum Dei cum homi-
 nibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt,
 & ipse cum eis erit eorum Deus.* Possident Ierusa-
 lem cœlestem sine angustia, sine præfura, sine
 diversitate, & divisione limitum, omnes habet
 eam, & singuli habent totam, non angustat fra-
 ter fratrem. Pasc. huius Marc. 9. vers. 5. *Non e-
 nim sciebat quid diceret.* In causa est quod tria se
 repromittit facere tabernacula, vnum scilicet
 ac si privatim Iesu, alterum Moysi, & aliud E-
 liæ quasi non eos caperet vnum tabernaculũ,
 nec in vno simul possent consistere. Ambros.
 lib. 2. officior. cap. 15. potuit donare Ioseph to-
 tas opes Ægypti, & effũdere thesauros regios,
 noluit

noluit tamen de alieno effusus videre, maluit
 frumẽta vendere, quã donare esuriẽtibus: quia
 si paucis donaret, pluribus defuisset, eã liberali-
 tatẽ probavit, quæ abũdavit omnibus, ò, virum
 magnũ, qui non largitatis superflue tẽporalem
 captavit gloriam, sed perpetuam commodita-
 tem restituit providentiæ? Euseb. Psalm. 47.
Iustitia plena est dextera tua. Dextera ipsius illa
 bẽnẽfica, & omnium bonorũ donatrix, impleta
 est æqualitate, & iustitia, & non est apud eum
 acceptio personarum. Hugo Victorinus soli-
 loquio de arrha animæ. Spiritualis amor tunc
 melior est singulis, quando omnibus est com-
 munis, nec participatione plurimũ minuitur,
 cuius fructus vnus, & idẽ totus in omnibus in-
 venit. Aug. in Psal. 21. expos. 2. quæ est hæc
 tunica inconsutilis quã nemo potest dividere:
 quæ est ista tunica Christi nisi vnitas? in ipsam
 fors mittitur, nemo illã dividit. Basil. de instit.
 monachorũ ser. 1. & 2. Nã quemadmodũ Deus
 promiscue omnibus lucem impertitur, sic imi-
 tatores Christi charitatis ipsorum radiũ æqua-
 liter communicare omnibus debent, quando
 quidem vbi delinquium patitur charitas eius
 loco odium succedit. Lyran. Actor. 5. vers. 3.
Et fraudavit de pretio agri. Quare fraudavit Ana-
 nias partem pretij Apostolorum pedibus obla-
 ti re-



ti retinendo? Quoniam sibi soli retinere quod est commune est communitatem defraudare. Laurentius Iustinian. lib. de discipl. monast. cony. cap. 22. Interdicenda est assidua, & privata conversatio in collegijs servorum Christi, quæ quamvis in nullo alio reprehensibilis sit, sine proximorum tamen scandalo fieri nequit. Theophylat. ad Thesal. cap. 3. *Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem vestram invicem, & in omnes.* Excellere, & abundare eos in dilectione precatur. non solum erga se mutuū verum etiam erga omnes alios, istud enim est divinæ charitatis proprium omnes cōplecti: nam si hūc diligas, illum verò nō, etiam humana ista amicitia est. Chrysostr. 2. Thessal. 1. *Quoniam super crescit fides vestra, & abundat charitas uniuscuiusque vestrum in invicem.* Vide charitatem, non hunc diligebant, illum vero minime, federat æqualis omnibus, hoc tacite innuit dicens *uniuscuiusque vestrum in invicem.* Quod ea sit in æquilibrio veluti vnius corporis: nam nunc quoque invenimus esse apud multos charitatē, & dilectionē: sed hęc charitatē, & dilectionē esse causam disensionis: nā quādo bini, aut terni fuerimus coniuncti, & duo quidē, aut tres, aut quatuor valde inter se fuerint colligati, à cæteris autem se invicem abstrahentes, eo
quod

quod ad illos possent confugere, & illis in omnibus confidere, hoc est disensio non dilectio, si oculus omnē providentiā, & curā quam pro universo corpore habet in solā manū derivaret, ac reliquis membris omninō contēptis vni isti intenderet, an non totum perderet? Absq; dubio, ita & nos si charitatē, quā in universalē Ecclesiam extendere debemus, in vnū & alterū coarctaverimus, & nobis ipsis & illis, totiq; Ecclesiæ perniciem inferemus, ista namque non sunt charitatis, sed disidij, schismata nempe, & rupturæ istæ: nam si ex integro homine divulsam accepero partem, ipsa quidem scisura sibi est vnita, & est continens, & est conglutinata, cæterum sic quoque est scisura, quoniam relinquo non est vnita corpori: quid enim proderit, quod aliquem vehementer amas? humana est illa dilectio, si verò non est humana, sed propter Deum diligis, dilige omnes. Basil. de inst. monach. serm. 1. Porro in huiusmodi hoc communi contubernio neutiquam patitur charitatis lex aliquas eo in seorsim amicitias, sodalitates, si quidem nullo modo fieri potest quin affectiones ipsæ quæ in hanc magis, quam in illam propendant partem plurimum, ut commodent communi omnium concordia, quoniam autem æquali prorsus inter se invicem
vicissim



32

Catena sacra,

vicissim charitate complecti omnes debent, iustitia violatur quotiescunque in cōmuni conventu privatae aliquae coitiones reperiuntur, aut sodalitates.

DOMINICA III. Quadrag.

E RAT Iesus eiciens Dæmonium. Lucæ 1. Diabolo exitialis expulsio maximè peccati. D. Zeno Veronens. serm. 9. de Daniele. Gaudent Angeli quod oppressa veritas defendatur in terra, triūphat maritus, quod castam invenerit coniugē, lætatur familia omnis, quod in ea nihil inveniatur fama, quod feriat, cruciatur diabolus, quod nulla ex parte suam perferat voluntatem, nec adulterium, quod factum diffamabat, exercuit, nec homicidium, quod procurabat invenit. Evagrius in Catena Græca, sane nihil Sathanam sauciat, temperantia autem, & charitas eum interficit. Chrysost. Matth. 13. *Venisti torquere nos*, multo magis dæmon dolet si peccato superiorē animam profpexerit, quam si ab homine fuerit deiectus. Zeno serm. Psalm. 118. cum Diabolus potestatem

In aliquot Evangelia. 33

tem Iob tentandi postulasset per direptionem substantiæ eius primum defæviturus, homines ad pastorum cædes, & ad direptionem pecorum excitavit, eosque in hanc voluntatem latrocinij accendit. Contra Diabolum pro universis armis Iesus. Ambros. serm. 88. 1. Regum 17. In qua parte corporis Philistheus à Davide percutitur? in fronte scilicet, gentilis enim homo, & sacrilegus ibi percutitur à Christo vbi de erat Christus, & ibi ei infertur mortis excidiū, vbi signum salutis non invenitur, quamvis enim esset Goliath vndique armorū protectione munitus, frons tamen eius patebat ad mortem: quia signaculum salvatoris non gestabat. Cæsarius Arelatensis homil. 9. si Deo coniuncti sumus quomodo potest fieri, vt Diabolum timeamus? talem Imperatorem tecum habes & Diabolum times? sub tali rege militas, & de victoria dubitas? adversatus quidem quotidie Diabolus, sed præsto est Christus, ille vult premere, iste levare, ille vult occidere, iste vivificare, sed securi stote plus valet ad erigendum Christū, quā ad deprimendū Diabolus. Athana. lib. 3. cont. Arrianos. Sed omnia in omnibus erit Christus vbi porro Christus, quod genus ibi metus, aut periculū fuerit? Isid. Pelu. lib. 4. epi. 5. Deus Verbū in terram venit, nobisque charitatem

C

ritatem



ritatem, quasi quandam Angelicam stolam co-
 texuit, in qua uniuersam virtutis contra Dia-
 bolum armaturam fabricavit. P. Hieron. Ephes.
 6. *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adver-*
sus insidias Diaboli. Induite vos omnia arma Dei,
 quæ autem alia arma Dei possumus existima-
 re quibus induendus est, qui habet aduersus
 Diaboli dimicare versutias excepta virtute,
 quæ Christus est. Antoninus Episc. Constan-
 tiens. epist. ad Arcadium, ipse tecum Archang-
 gelus, qui cecidit pugnat, ipse tecum luctatur,
 sed tecum est Pater, & Filius, & Spiritus San-
 ctus, prior Iesus auxiliatio quam Diaboli in-
 cursus. Cyrilus Alexand. lib. 5. thesaur. cap. 8.
 Proverb. 8. iuxta 70. *Ante saculum fundauit,* per
 fundatur ante nos Christus, & ipso nos omnes
 super ædificamur, idque ante initium mundi
 in præscientia Dei, ut cum ordine diuino be-
 nedictio maleditionem antecesserit, & damna-
 tionem in mortem vitæ pollicitatio, & servi-
 tutem Diaboli adoptionis libertas, possit natu-
 ra humana superatis malis in pristinam per
 gratiam Christi dignitatem recurrere, & talis
 fieri qualem Deus ex charitate per filium suum
 futuram constituit. Anastas. Sinaita, Genes. 1.
In principio creauit Deus cælum, & terram. Placuit
 Deo ut fieret cælum & terra, tanquam Deus,
 &

& terra Iesus homo, cur autem iam tunc Iesus
 homo monstrabatur: quia sciebat Deus fore
 ut hæc sensibilia pateretur, & male afficeren-
 tur, & corrumperentur à peccato Adæ, quare
 sua benignitate præuenit incursionem mali,
 quod mundus erat passurus, ante vitiū, & mor-
 bum parās remedium. Iesus salutaris homini-
 bus exitialis Diabolo. Damascen. Matth. 25.
Venite benedicti Patris mei possidete paratum vobis
regnum ab origine mundi, discedite à me maledicti in ignem
æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis eius.
 Num Angelis honorem, & coronas has præ-
 parauit? Num ut cœlestes mentes salvaret in
 terra comparuit? Num Angelis dicet venite be-
 nedicti Patris mei, regnum vobis paratum in
 hæreditatem accipite? Non potest hoc dicere,
 ò contradictor, sed omnia propter hominem
 sicut passus est, ita & procurauit. Irinæus lib. 3.
 cap. 35. non homini principaliter præparatus
 est æternus ignis, sed ei qui se duxit, & offende-
 re fecit hominem, & his Angelis, qui Apostate
 facti sunt cum eo. Origen. homil. 3. in Exod.
 Matth. 8. *Quid nobis & tibi Iesu fili Dei venisti huc*
ante tempus torquere nos? Vbi tormenta senserunt
 sciunt Dominum. Basilius Seleucens. orat. 14.
 1. Reg. 16. *Quando cuique spiritus Domini malus*
arripiebat Saulem, David tollebat citharam, & per-



Catena sacra,

cuciebat manus sua, & refocillabatur Saul. Ne mireris si cum regno in dæmonē etiam vires David acceperit: nam Christi pater David fuit, vnaque cum regia dignitate dominicæ incarnationis promissiones accepit, vbi enim Christi est memoria dæmonum est pernitias. Iesus mundiali regno spoliatum dæmonem valet in infernum præcipitare. Rupert. lib. 1. de victo. cap. 19. Iob. 38. *Quis dimisit lapidem angularem cū me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes Filij Dei.* Lapis itaque durissimus ille hostis, lapis terræ angularis, idest superbus princeps huius mundi rectē valet intelligi, & illum Deus revera demisit, idest deorsum misit, nec alius nisi Deus demittere potuit, cum igitur demisisset illam, laudaverunt simul astra matutina, & iubilaverunt omnes filij Dei. Iobius Monachus li. 3. de Incarnat. c. 1. in Biblioth. Photij. Neque rursus Angeli vllius erat si illi commissa fuisset incarnatio, principatus, & potestates in triumphum ducere, ac palam traducere confidenter, quomodo enim iubente conseruo dæmonia, eorumque princeps in tenebras mitterentur, quando quidem Michael Archangelus pro solo Moyfis, & quidem iusti corpore cum Diabolo disputans, per se non est ausus iudicium inferre blasphemix: Quomodo

In Aliquōt Euangeliā.

modo servus ipse nos ad ordinem adoptivorū evehere potuisset? aut quomodo, vt nunc per filium cognitum fuisset genus nostrum vni cōsidendi in patrio throno potestātē esse nactū? Vndē Paulus Collos. 2. *Spolians Principatus* (Iesus) *& potestates traduxit confidenter palam triumphans illos in semetipso.* Dionys. Carthus. Iob. 41. *Cum sublatus fuerit Leviathan, timebunt Angeli, & territi turbabuntur.* Omnes electi, & sancti in die iudicij de totali dānatione & sublatione Principis tenebrarum admirabuntur.

Et illud erat mutum. Ducti spiritu muto inhiātes caducis rebus. Rupert. Malach. ca. 2. *Et hoc rursus fecistis, operiebatis lachrymis altare Domini fletu & mugitu, ita vt non respiciam ultra ad sacrificium, neq; accipiam placabile quid de manu vestra.* Quales sunt lachrymæ, qualis flectus, qualis mugitus miserorum, qui tam graviter offendit Dominum misericordix? Sed non miremur, nam istorū fletus sceleratus, & criminofus est, quia venit de amore præsentis sæculi, contemptum habens futuri. Paschas. lib. 3. in Thren. Gen. 4. *Ecce vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad te de terra.* Quid est dicere clamat ad me, nisi quia terrena cogitatio facit, ne possit nostra oratio trāfire ad Deum, quæ magis contra nos clamare, quam exorare videtur? Chrysoptom. Psalm. 2.



Catena sacra,

Quare fremuerunt gentes, & populi meditari sunt inania. Tremuerunt gentes, Græci scilicet qui elementa Deos appellarunt, terram quidem Cererem, aquam Neptunum, aerem Iunonem, ignem Vulcanum, pluuiam Iovem. Paschal. lib. 2. in Thren. Psalm. 31. Quoniam tacui, in vetera verunt ossa mea, dum clamarem tota die. Qui dum ab eis, quæ intus sunt veterascunt, dum veteris hominis lucra sectantur, quid aliud quam carioli senes de specula cœlestis vitæ prolapsi, in terrâ conticescunt à bonis, & si videatur tota die clamare? Iesus dæmonium eiecit, & hominem sanatum relinquit, ea est manus Dei, vt omnia mala pellat, omnia bona exhibeat. Caietanus Lucæ 11. Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, amice accomoda mihi tres panes, dico vobis, & si non dabit illi surges, eo quod amicus eius sit, propter importunitatem tamè eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Petierat tres mutuo victus importunitate amicus non mutuat, sed dat, non tres, sed quotquot indiget panes. Chrysoft. Psal. 5. Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. Quod est scutum bonæ voluntatis? quod dicit tale est, optimo auxilio iustum munis, & neque eius pulchritudo privata est securitate, neque eius securitas gloria deficitur, quid enim fortius, quid rursus formosius

In Aliquot Euangeliâ.

fius eo viro, qui à dextra superna munitur? hæc corona etiã à misericordia contexitur, vt dixit Paulus Roman. 8. Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imagini filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus, quos autem prædestinavit hos & vocavit, & quos vocavit, hos & iustificavit, quos iustificavit, hos & glorificavit, quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis quis contra nos? Nihil est igitur quod negari nobis posse vereamur, nihil est in quo de munificentie diuinæ diffidere perseverantia vereamur, cuius fuit tam diuturna, & iugis vbertas, vt primo prædestinaret deinde vocaret, & quos vocaret hos & iustificaret, & quos iustificaret hos & clarificaret. Augustinus lib. de vera & falsa pœnit. laudatus est Dominus, quod eiccto dæmonio locutus est mutus numquam aliquem sanavit, quem omnino non liberavit. Loquitur mutus confitendo se peccatorem, nam confessio peccatorum ad salutem necessaria. Paschal. lib. 1. in Matth. forsitan ergo Christus de Iuda, qui est quartus ab Abraham idcirco nasci voluit, & tribus prætermisis fratribus de quo veniret per carnem, hunc elegit, vt mox, percepta gratia fidei, spei, & charitatis, ex nostra Christus confessione nasceretur. Athanasius quæst. 72. veteris testamenti Genes. 3. Maledicta terra in opere tuo. Genes. 4. Maledictus

ledictus eris super terram. Eo quod Cain negavit, & à Deo abscondit peccatum suum maiorem in se pœnam derivavit, Adam verò quia confessus est, magnum illud à se supplicium depulit. Gregorius lib. 22. Moral. cap. 14. Iob. 31. *Si abscondi quasi homo peccatum meum. & celavi in sinu meo iniquitatem meam.* Qui se inter adversarios noverat vivere, & tamen non verebatur culpas voce confessionis aperire, vnde certissimè patet, quantæ munditiæ in omnipotentis oculis fuerit, qui & vitavit mala ne committeret, & tamen quæ eum committere cõtigit, hominibus non abscondit, quatenus ei, & iustitiæ sit gloria declinasse peccatum, & iustitiæ custodia, quod non potuit declinare prodidisse, videatur vir iste cuilibet magnus in virtute, mihi certè sublimis apparet etiam in peccatis suis, mirentur in eo, qui volunt continentiam, integritatē iustitiæ, viscera pietatis, ego in eo non minus admiror confessionem humillimam peccatorū quàm tot sublimia virtutum. Chrylost. in bono latrone Lucæ 23. *Nos quidē iuste patimur, digna factis recipimus.* Sponte sua peccata publicabat dicens, nos quidem iuste. non est ausus dicere memento mei, nisi cōfessione peccati sarcinam remisisset, mutus recta loquitur Deum laudat, de linguæ bonæ divitijs. Chrystom. Psalm.

Psalm. 5. *Sepulchrum patens est guttur eorum.* Ne sit ergo os tuum sepulchrum, sed thesaurus. Hilarius Psalm. 51. *Lingua mea calamus scribæ.* Lingua tamquam calamus scribentis nihil incompotum, nihil incertum agat, sed ijs, quæ aut cogitata, aut lecta fuerint obtemperans ex rationis cōsilio obsecundet. August. lib. 2. in Exod. 14. *Non sum eloquens, ex quo locutus es ad servum* (Moses aiebat Deo) *rum,* tamquam ostendens fieri potuisse, vt qui ante eloquens non fuisset repente fieret, & quo cum illo Dominus loqui cæperit, ex voce & verbis reëtis signum percipitur divinæ filiationis, Bernard. serm. 28. Cantic. Vndè advertis Centurio, pulchritudinem crucifixi, & quod is sit Filius Dei, qui *cum iniquis reputatus est?* Vides quod sic clamans expirasset ait: *verè Filius Dei erat homo iste:* ergo ad vocem credidit, ex voce cognovit Filium Dei nō ex facie. Paschasius lib. 3. in Matth. ca. 4. *Si Filius Dei es dic vt lapides isti panes fiant:* noverat cæcus scripturarum inspector, Deum in principio dixisse fiat, & sic omnia fecisse ex nihilo, nec tamē intellexerat, quod hic esset illud Verbum, per quod Pater cuncta crearat, quod volens formidolosius explorare, persuasit sibi ex tenore dicendum, vt lapides fierent, quod didicerat Mosem literis mandasse Deum univërfa creasse.



creasse. Rupert. Matth. 10. *Non vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* O quam dulce, o quam præclarum ea quæ loquimur talia esse, vt ea prudens auditor nequam dignetur adscribere nobis, dicat quæ, non estis vos, qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Nyssenus in orat. Dom. orat. 2. cuius animus eiusmodi maculis, & notis infectus, & in vltus est, si patrem invocaverit, vter ei pater auscultabit? nimirum ij, qui cognatus est invocanti, is autem, non ille cœlestis sub terraneus est, cuius enim signa proximæ cognitionis quærit, & gerit, ille suam omnino cognitionem agnoscit.

Regnum in se divisum desolabitur. Vnitas quæ utilis est divisio periculosa. Zeno Veronens. de somnio Iacob Gen. 28. *Vidi quædam in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum, Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes.* Vndè dubium non est vnum esse iter aerei culminis Angelis lucis, & hominibus iustis, hæc igitur omnia combinata vnus fructus rediguntur in summam, quoniam vniversa quamvis gemina esse noscantur, tamen vna radice fundantur. Anastasius Sinaita lib. 7. Examer. Psal. 81. *Ego dixi dis estis, & filij excelsi omnes, vos autem sicut homines moriemini, & sicut vnus de principibus cadetis.*

detis. Fuit autem aliquando quoque Sathanas in cœlis discipulus Christi cum cæteris sanctis discipulis, Angeli eis inquam virtutibus, sed erat vnus de principibus (non vnus cum principibus nam dum vnus cum principibus erat immutabilis erat, at dum ambijt vnum de principibus fieri, & se ab eis dividere, cecidit) de eo enim scriptum est. *Et tamquam vnus de principibus cadetis.* Basilius paries tantisper, dum rectitudinem conservat sui status & posituræ solidus stat ac firmus, mox vbi in alterutram inclinatur partem prorsus necesse est dissolutus vt cecidat, & quidem pondera vnita, quæ sint, & agglutinata post inclinationem eriguntur, verum quæ ex pluribus contextuntur, & coalescunt particulis, vbi in aliquam partem se reclinarint non iam admittunt correctionem. Theodor. q. 65. Genes. 15. *Abraham aues non divisit: aues quidem minimè divisit, vt liberationem à servitute Ægyptia Hebræis significantes, quadrupedes autem partitus est, eo quod indicarent, quæ male tractandi erant in Ægypto.* Anselm. in c. 18. Lucæ 1. Corinth. *Omnes quidem currunt, sed vnus accipit bravium.* Omnes quidem Christiani & boni, & mali pro modo suo quisque, currunt ad bravium, sed vnus qui legitime currit, id est vnitas electorum percepit illud. Zeno Veronens.

nenſ. ſerm. 11. de Iudæis, ſanè vultis ſcire, quan-
 tæ olim fuerit Iudaicus populus ſanctitatis?
 quem egredientem ex Ægypto mare ſuſtinuit
 adunatum, non poteſt terra baiulare diſperſum
 Leo. ſerm. 11. de Paſſ. Pſal. 2. *Quare fremuerunt
 gentes? & principes convenerunt in unum? adverſus
 Dominum, & adverſus Chriſtum eius? Furit in vnũ
 populus, & miſeretur omniũ Chriſtus.* Petrus
 Damianus epiſt. 16. Lucæ 12. *Dic fratri meo ut
 dividat me cum hæreditatem, quis me conſtituit iudi-
 cem, aut diſiſorem ſuper vos? Vis ergo dividere?
 non habebis Ieſum iudicem, aut diſiſorem, ſed
 potius diſiſionis vltorẽ.* Nyſſenus lib. de creat.
 hom. c. 5. in te ò homo & verbum eſt & intelli-
 gentia eſt, quæ imitatur mentem divinam, itẽ
 charitas, fontſque charitatis, hoc enim ait Ioan-
 nes, *charitas ex Deo eſt,* hanc autem nobis veluti
 perſonam Chriſtus formator noſtræ ſubſtan-
 tiæ conferens, ait: *in hoc cognoscent omnes, quod diſ-
 cipuli mei eſtis ſi dilectionem habueritis adinvicem,
 quod ſi dilectio nobis iſta deſuerit, totius ima-
 ginis ſpecies & figura ſolvetur.* Cyprianus de
 vnitæ Eccleſiæ Ioan. 19. *Erat tunica inconfuſilis
 dixerunt milites non ſcindamus eam.* Hoc vnitatis
 Sacramentum, hoc vinculum concordiæ infe-
 parabiliter coherentis oſtenditur, quando tuni-
 ca Ieſu nõ dividitur, nec ſcinditur. Clemẽs Ale-
 xandr.

xandrin. in exhort. ad Gent. Pſalm. 97. *Iter fa-
 cite ei qui aſcendit ſuper occaſum, Dominus nomen il-
 li.* Fuit omnia lux, quæ ſopiri nõ poteſt, & oc-
 caſus credit Oriẽti æquẽ illuſtratus luce fidei,
 ac ipſe Oriens, hoc nova voluit creatura, hanc
 lucis perpetuitatem nova creatura, hoc eſt fide
 lis, qui filius lucis eſt, ſuo quaſi iure exigit, qui
 enim omnia obequitat Sol iuſtitix, obijt huma-
 nitatem, imitans Patrem, qui æquẽ facit oriſi
 ſolem ſuum ſuper omnes, & rorem inſtillat ve-
 ritatis. Origen. hom. 5. Iſaiæ 6. *Clamabat alter ad
 alterum: non alter Seraphinus ad plures Sera-
 phinos, ſed alter ad alterũ.* Gaudentius in ſer-
 mon. ordinationis ſux. Matth. 19. *Vos autem quẽ
 me eſſe dicitis? alij dixerũt Ioannem Baptiſtam, alij Ie-
 remiam.* Dicat fortatte aliquis ſicut illos tres in
 camino fideles pueros, ita in hoc examine om-
 nes Apoſtolos conſona voce debuiffe eadem
 profiteri, ſed conſiderandum quod Iudas ille H-
 cariotes qui corde non credidit, ore confiteri
 non poterat, vix vbi eſt pluralitas deficit Iudas
 qui errores parturiam. Ambroſ. lib. de Paradif.
 cap. 5. Genef. 1. iuxta 70. *ex omni ligno paradif-
 comedite de ligno autem ſcientiæ ne comedatis.* Sciebat
 enim prævaricatoram mulierem, & ideò per
 pluritatem non ſervaturos oſtendit, quia plu-
 rium diſcreta ſententia eſt. Conſtantinus Mag-
 nus,



Catena sacra,

46
nus, epist. ad Synodum Nicænam. lib. 2. eiusdē
Concilij, plures quidem illustres vias humano
generi ad suam redemptionem magna Dei om-
nipotentis iustitia præparavit, & inter alias in-
signiorem illam, & maximè refulgentē, & qua-
si legis suæ sanctissimæ summam, qua nos om-
nes in sancta Ecclesia Catholica, quasi in quodam
Dominicæ fidei domicilio congregavit, quod omni miraculo maius est, Cyrilli, Alexan-
drin. in Ionam Ionæ 3. *Homines & iumenta, &*
bobes, & pecora non gustent quicquam. Isaïæ 2. *qua-*
re ieiunavimus (dicebant Israelitæ) *& non aspexisti*
humiliazimus animas nostras & nescisti ecce (respō-
det eis Isaïas) *ad lites & contentiones ieiunatis.* Græ-
ce: *in iudicium & pugnas ieiunatis.* Sapientes non
parū Ninivitæ qui vno animo & corde nequi-
tiam ieiunio abigere nituntur, hic namque sit-
cerus, & inculpatus modus fuerit, quoniam ve-
rò Israel huiusmodi rerum imperitus non num-
quam rationi minimè consentaneam, prophæ-
namque in ediam suspiciebat, Deus Prophetæ
præcipit exaltare vocem, & illis nūtiare nō ta-
le ieiunium se elegisse, causam ipse exprimit,
mox subiungens, *in diebus enim ieiuniorum vestro-
rum invenitis voluntates vestras, in iudicium & pug-
nas ieiunatis.* Gregor. hom. 8. in Ezechiel, & nos
ergo cum contra malignos spiritus spiritualis
cer-

In aliquot Euāgelia.

47

certaminis aciem ponimus. (Cant. 6. *pulchra ut*
Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordi-
nata) necessum est ut per charitatem vniti, &
constricti, numquam interrupti per discor-
diam inveniamur, diabolus nostræ concordie
invidet, quia hanc nos tenemus in terra, quam
ipse tenere nolens amisit in cœlo.

DOMINICA IIII. Quadrag.

CVM sublevasset oculos Iesus. Ioann. 6.
Vnum Christum sequuntur multi, quia
ipse ad omnes sufficit, & æquè suffi-
ciens omnibus filiis ostenditur. Sophronius
orat. in exalt. Crucis, & resurrex. apud Greth-
ferum tom. 2. 1. Corinth. 15. *Christus resurrexit*
à mortuis primitiæ dormientium, quoniam quidē per
hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorū,
& sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo
omnes vivificabuntur. Neque enim particulare
est resurrectionis donū, neque ad paucos quod-
dam huius beneficii amplitudo se se extendit.
omnis nāque creature Deus & Dominus erat,
qui secundum humanam naturam, resurrectio-
nem



nem in ipsa effecit, qui beneficia ad paucos manare solita dare non solet, apud quem personarum acceptio nihil loci habet, nam cum verissimus sit rerum omnium Dominus, in omnes gratias salutisq̄ue dona effundit, rationē enim habens suæ imaginis, eamq̄ue perfectissime renovat, quando quidem omnis homo, nemine excepto ad similitudinem Dei est efformatus. Etychius Olee 6. *Quasi diluculum praparatus est egressus eius (Christi) & veniet quasi imber nobis temporaneus & serotinus terræ.* alij legunt: *Veniet nobis ut ros matutinus, & serotinus terræ.* Venit nobis ut ros matutinus, & serotinus terræ, aspice nanque Dominum post resurrectionem mane mulieribus, vesperi Apostolis apparentem, mane quidem mulieribus, *avete: vesperi, in civitate Sion bacem discipulis denuntiavit, illis quidem ut mærorem detergeret, his verò ut sol verent, inimicitias, quas serpens invexit. Chrysostr. orat. in Exod. 28. apud Biblioth. Photij Rom. 1. Non erubescio Evangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum & Græco, iustitia enim Dei in eo revelatur.* Quomodo iustitia Dei in illo revelatur: cum prima lex Iudæis solis data sit, licet alij homines eiusdem existerēt naturæ & originis, Evangelium verò omnibus æqualiter gentibus, merito in illo iustitiæ Dei reve-

revelatur, & iustitiæ Evangelium vocatur. Iesum sequitur magna multitudo, qui ab utero numerosissimum refert populum. Guillelmus Abbas apud Delrium Cantic. 4. *Emissiones tuæ paradisus malorum puniceorū.* Emissiones fructus sunt ex Maria emissi, vnicus enim fructus est, qui ab efficaci salute Iesus dictus est, sed in illo vno fructu multiplex est fructus, in vno Salvatore omnium Iesu plurimos Maria peperit ad salutem, pariendo vitam, multos peperit ad vitā, eo ipso quod mater est capitis, mater est multorum membrorum, mater Christi, mater est membrorum Christi: quia caput & corpus vnus est Christus, vnde etiam ab omnibus mater appellatur, & ab hominibus cultu debito honoratur. Richardus à Sancto Laurétio lib. 4. per hoc, quod dicitur *Acerbus tritici*, innuitur quod plenus Filio Dei, qui se appellat granum frumenti, granum enim illud tritici potēcialiter erat acerbus tritici, de quo scilicet grano tāta spiritualis seges fructificante Deo multiplicata est. Ipse Richardus lib. 4. de Mariæ laudibus Ioan. 12. *Nisi granum frumenti cadens in terrā mortuum fuerit ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit multum fructum affert.* Nisi granum istud in vterum virginealem, velut in terram fertilē, & bene excultam exercitio Spiritus Sancti prius

prius cecidisset per incarnationem, & post hoc in cruce mortuum fuisset, ipsum solum mansisset, sed per ista duo granum vnicum factum est acerbus magnus. Christi Domini oculi linæi ad subveniendum. Tertulian. lib. de præscript. Isaïæ 2. iuxta 70. *Ingredimini in petras, & abscondimini in terram à facie timoris Domini, & à gloria fortitudinis eius quando surrexerit frangere terram, nam oculi Domini sublimes.* Sed oculi, inquit Isaïas, Domini alti homo in faciē, Deus in præcordio contemplatur, & idē cognoscit Dominus, qui sunt eius. Rupert. lib. 2. in Ioannem 1. *Cum esses sub ficu novi te.* Vidit enim non solum Philippum, sed & omnes electos suos cum essent sub ficu, vidit misericordiae suae oculis, id est cum primus parēs illorum factus mandati transgressor, confutis ficus folijs pudenda contegeret, iam tunc vidit eos, & miseratus est, iam disponebat misericorditer, quo illos ordine à prævaricationis reatu liberaret. Euthimius Lucæ 15. *Cum autem adhuc longe esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens.* Ovisum compatiētis acutissimū simul vt quis resipiscere in animo cogitavit, hunc etiam simul ipse vidit, paratus semper ad eorum, qui convertuntur susceptionem. Christus ad benefaciēdum propensus. Chrysolog. Lucæ

Lucæ 15. *Cum autem longe, &c.* apud patrem nō intercedit extraneus, intus est in patris pectore, qui intercedit, & exorat affectus, vrgentur patris viscera iterum filium genitura per veniam. Anselm. Corinth. 1. *Pater misericordiarū, & Deus totius consolationis.* Ipse dico, pater misericordiarum, quia ex visceribus eius proveniunt in nos misericordiae eius. Basilii Seleucensis orat. 1. 1. 3. Re. 17. *Vivit Dominus* (dicebat Elias) *quia non erit ros, neque pluvia nisi per os meū.* O lingua quæ cœlum frænas! o Domini in homines charitas! servo permittit res conditas gubernet, reveritus siquidem est ardorem pietatis suæ, & Eliæ creaturæ habenas permittit, quasi caveat sibi vt summa sua pietas egentes videat, & non subveniat, creaturæ habenas permittit. Rerum maiori necessitate laborāti subveniendum vt hic Christus fecit. Ambros. lib. 2. officior. cap. 16. non enim solas aures præbere debemus audiētium precautium vocibus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus, plus clamat operatori bono debilitas quā vox pauperis, veniunt validi, & volunt subsidia vacuare pauperum, modus adfit largiendi, vt neque illi inanes recedant, neque transcribatur pauperum in spolia fraudalientorum, videndus ille qui te non videt, & qui erubescit videri.

Catena sacra,

Quia multitudo magna venit ad eum. Favores divini citius extorquetur ubi à multis sunt participandi, Deo invisus qui solus in favoribus vult esse. Cyrillus Alexandrin. lib. 16. thesauri cap. 5. *Non est meum dare vobis.* Iustus sum ego Deus numerum declarator in certaminibus positus, ac ideo non petentibus simpliciter largiri debeo, nec per iniuriam certatium omnium ad duos solum honores traducere. Bernardus tract. de gradibus humilit. Lucae 18. *Gratias tibi ago Deus* (dicebat Phariseus) *quia non sum sicut ceteri homines.* Gratias agit, non quia bonus sed quia solus princeps ad omnes se debet componere, ut singulis compensatio favoris, & muneris reperiat. Ambros. lib. 2. de Iacob, cap. 2. Genes. 25. *Isaac amabat Esau eo quod de venationibus illius vesceretur, & Rebecca diligebat Iacob.* Accipite honorem certamen inter parentes, mater deferat affectum, pater iudiciū, mater circa iuniorem tenera pietate protendat, pater circa seniore, naturam honorificentie servet hic magis honoret, illa plus diligat, dum singulis singulos foveant, non in unum uterque conspiret. Chrysost. homil. 24. 1. Corinth. 10. *Et panis quem frangimus, non ne communicatio corporis Christi est?* Quare addit, quem frangimus, hoc in Eucharistia videre licet, in cruce autem minime, sed omnino

In Aliquot Evangelia. 53

nino contra, os enim (inquit) non comminuetur ex eo. Sed quod in cruce passus non est, in oblatione patitur propter te, & frangi sustinet, ut omnes oves satiet. Nazianzen. oratione de moderata servanda. *Cum recubisset ille supra pectus Iesu.* Vides quemadmodum ex Christi discipulis Petrus petra vocetur, atque Ecclesie fundamēta fidei sue credita habeat, Ioannes impensius ametur, & supra pectus Iesu requiescat? Aliud Petrus interrogat, aliud Philippus, aliud Iudas, aliud Thomas, aliud alius quispiam, neque aut idem omnes, aut unus omnia. Deus perditissimos homines aliquando beneficijs afficiens castigat in ipsis beneficijs exhibitis. Rupert. lib. 8. de Victor. Verbi Dei. Esther 5. *Si regi placeat* (dicebat Esther) *obsecro ut veniat ad me hodie, & Aman tecum ad convivium, quod paravi.* Non statim dixit petitionem suam, non confestim aperit voluntatem suam, sed ad convivium utrumque vocavit, amicum & inimicum, Regē, & Aman, prudenter providebat illic aperire inimicitias, unde effugere non posse t hostis homicida, veniat, inquit Rex & Aman ad convivium, quod paravi eis, feram immanem, vrsum ferocem, ut tradat ad supplicium, allicit ad edulium, ne prius audiat famam, quam subeat poenam, nec prius videat foveam quam incidat in

eam, prudens, & sciens commodius esse feram
comprehensam intus opprimi, quam exteri-
tam, & per saltus fugientes, cum canibus dubio
eventu insequi. Gaudent. serm. 9. ad Neoph.
Reddit rationem cur toties Deus ingratos Iu-
dæos omnino perdēdos beneficijs affecit: no-
let à se panem cœlestem, vitæ principem Iu-
dæis cito subtrahere, donec ipse in ea met ad-
veniens doceret eos, & instrueret, ac verbera-
ret curationum beneficijs eos, qui ingrati exis-
terent: nunquam illi miserabiliores quàm dum
iugrati beneficia, & favores ex divinis mani-
bus capiebant. Consuetudo Dei omnibus cœ-
lestia dona offerre, nulli in particulari. Cyrillus
Alexand. lib. 10. Thesauri cap. 5. quomodo di-
cit Dominus *Vos qui reliquistis omnia, & secuti es-
tis, & vos super sedes duodecim, & postea ait pri-
mas adextris, & sinistris petentibus non est me-
um dare vobis.* Potestatem non negat Domi-
minus, sed dispensationem ostendit, quomodo
ipse non potest dare quibus velit cum invenia-
tur omnibus discipulis id esse largitus? Amen
dico vobis sedebitis & vos. Ponderare illud dispē-
sationem ostendit, hoc enim erat in Dei more
cœlestia bona non vni communicare, sed om-
nibus. Nyssenens oratione de occurſu Domini,
& Simeonis Lucæ 2. *Simeon expectabat consola-
tionem*

tionem Israël quod parasti ante faciem omnium popu-
lorum. Quomodo superius testatum est illum
expectate consolationem Israël, nunc autem
conspicitur dicere Dei salutare inconspētu
omnium populorum, quoniam tunc futuram
Israelis consolationem novit spiritus quando
omnibus quoque populis fuit paratum saluta-
re. Gaudent. orat. in 40. Martyr. Ioan. 20. *Post
dies octo iterū erant discipuli eius intus, & Thomas cū
eis, venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio. Cer-
tē sufficeret quod Thomæ anxio summo desi-
derio flagranti videndi Dominum appareret,
at nescit Christus sua gaudia soli Thomæ ex-
hibere, sed vult ea exhibere toti communitati,
satiavit ergo Dominus Thomam, cuius manet
illa promissio, beati qui esuriunt, & sitiunt iu-
stitiam, quoniam saturabuntur, apparuit secū-
do Apostolis, vt Thomæ desiderium adimple-
ret, profuit & cupiditas eius cæteris. Irinæus
lib. 4. cap. 22. Hebræor. 11. *Et hi omnes testimonio
fidei probati non acceperunt repromissionem, Deo pro
nobis melius aliquid providente, vt non sine nobis cō-
sumarentur. Sanctissimi quique Israelitarum in
Domino defuncti non acceperunt repromis-
sionem, nec in gaudia Domini cœlestia intra-
verunt; donec aperta fuit cœlestis ianua omni
populo, ad eō illis damnosa extitit separatio**



agentibus, vnde excellentior lex gratiæ superans legem Mosaycam: nam maior est legislatio, quæ in libertatē quam quæ data est in seruitutem, & ideo non in vnam gentem, sed in totum mundam diffusa est. Hæc multitudo secuta Christum felix, nam appropinquans Deo bonum in se inexplicabile accipiet. Nissenas Cantic. 1. *Ecce tu pulchra es propinqua mea.* Sicut speculum eam imbibit in se formam cui appropinquat, si stercorei adsit, immunditia plenum apparet, si soli lucens: ita ex purgata à Verbo anima, solis circulum in se suscepit, & simul reluxit cum luce, quæ in ipsa apparuit, propterea ei dicit Verbum, pulchra facta es quæ mea luci appropinquasti per appropinquationem trahens dispensationem pulchritudinis, ecce inquit, *Pulchra es propinqua mea.*

Vnde ememus panes. Non hoc querit ve ignoras, quippe sciebat quid esset acturus, nempe vbi ipse erat, erant omnia bona, igitur si cupis habere omnia bona, habe Iesum in quo omnia bona continentur. Ambros. lib. 3. epist. 2. Psalm. 4. *Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Quis ostendit nobis bona? & ostendit ipsum esse bona subiectis signatum est in nobis lumen vultus tui Domine, quis autem lumem Patris nisi splendor gloria,


ria? & imago invisibilis Dei ipse est ergo Dominus Iesus summum bonum, hoc bonum veniat in anima nostra quod propitius Deus dat petentibus se, hic est thesaurus noster, vita nostra, sapientia nostra, iustitia nostra, pater noster, & pastor bonus, via nostra, vides quanta bona in vno bono. Nulli accedit, quæ quantum est ex se miris benedictionibus non augeat. Ambr. lib. 2. Lucæ 1. *Ecce enim ut facta est vox salutationis tua in auribus meis exultavit in gaudio infans in utero meo.* Vocem prior Elisabeth audiuit, sed Ioannes prior gratiam sensit, illa tunc ordinem audivit, iste exultavit ratione mysterij, illa Mariæ, iste Domini sensit adventum. Iesus Ioanni propinquans, plures benedictiones infert. Origen. homil. 11. in lucæ capit. 2. *Exiit edictum à Casare Augusto, ut describeretur universus orbis, & ibant omnes ut profiterentur singuli in suam civitatem, ascendit autem Ioseph à Galilæa.* Cur voluit orbis catalago affigi, nisi vt dum sic orbi appropinquat, illi benedictiones coelestes attribuat? in totius orbis professione describi oportuit & Christum, vt cum omnibus scriptis sanctificaret omnes, & cum orbe relatus in censum communionem sui præberet orbi. Omnia parva videntur si comparentur ad ea quæ à Christo veniunt. Origen. hom.



6. Luca 1. *Hic erit magnus dicitur, & de Ioanne erit magnus, & hoc ipsum Gabriel Angelus contestatur, sed quando venit Iesus verè magnus, verè sublimis, & ille qui prius magnus erat, minor effectus est. Cyril. lib. 4. in Isaia oratione 1. Isai cap. 43. Hac dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam, qui eduxit quadrigam & equum, agnum & robustum, simul obdormierunt, nec resurgent, contriti sunt quasi lignum, & extincti sunt, ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini, ecce ego facio nova. Illatio rerum incomparabiliter eminentium interdum dat oblivioni id quod est minus, & res illustres ea quæ & natura sua ita non sunt, hebetat quodammodo & obscurant, magna enim sunt & maiora, quam quæ vlla ratione explicari queant, quæ sunt à Deo per Moysen exhibitæ, sed excellunt & ante stant, quæ fortitudine & præstantia servatoris nostri sunt præstita, propterea iubet tantum non oblivisci priorum, & in illis potius, quæ incomparabiliter eminent, & illustrem habent gloriam mentem defigere. Vnde emerget panes. Ut faciat advertere quam longe à schola Christi pecuniarum sacculi igitur abdicandus ab ea amor pecuniarum. Bernard. in declamationib. Ioan. 12. *Iudas fur erat, & loculos habens, & quæ mittebantur portabat.**

Iudas

Iudas non loculum, sed loculos habet, vtinam saperes miser, & intelligeres, cum thesauro pecuniæ, thesaurum iræ pariter cumulari. Origin. homil. 3. Matth. 17. *Vade ad mare, & mitte hamum, eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius invenies staterem, illum sumens da eis pro me.* Petrus à Christo mittitur, vt & staterem habeat non ad arcam, non ad sagulum domi clausum, sed ad mare, vt de ore piscis requirat denarium, adeo ab sunt pecuniæ à Christi limine: nã quia neque ipse habebat eam imaginem Cæsaris quæ petebatur, neque discipulus suus, docet, vbi valeat reperiri imago, quæ quæritur, vade, inquit ad mare, & mitte hamum, & cum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperi os eius, & cum inveneris staterem, dabis pro me & te, neque ego habeo hanc imaginem neque tu, si tamen verè discipulus meus es, si portæ inferi nõ prævalent adversum te si dives es divitijs comparavitam æternam, quæ venalis est, quam emere potes dando pauperibus opes. Cyril. Hierosolymit. Catech. 9. potest aliquis sane per pecunias iustificari. *Esurivi enim (inquit) & dedistis mihi manducare, omnino id per pecunias, & vis nosse, quod bona & opes possunt esse ostia regni cælorum? Vende omnia quæ habes (inquit) & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælis. Eleemo-*
fyna



 syna perennem bonorum abundantiam facit. Quare ubi Iesus panes accepit illosque egen-
 tibus divisit augmento incœperunt redunda-
 re. Quod meditat̃us Ambros. lib. 6. in Lucā ca.
 9. Iam illud divinum est, quod sicut iuges sunt
 fontes aquarum, ita iugis erat fluvis particula-
 rum panis. Chrysostr. homil. 34. in Genes. 13.
Ecce universa terra coram te est recede à me obsecro
 (dicebat Abraham Lotho) *si ad sinistram ieris,*
ego dextram tenebo, dixit Dominus ad Abraham
postquam divisus est ab eo Loth, leva oculos tuos, &
vide à loco in quo nunc es, ad Aquilonem, & meridie,
ad Orientem, omnem terram quam conspicias tibi da-
bo. Vidisti quomodo certat Deus beneficijs?
 Vidisti dignam divina bonitate munificentia?
 Vidisti quantis celsit, & quanta est assecutus?
 hic erudiamur, vt magna in dandis eleemosy-
 nis largitate vtamur, quo datis parvis adipisca-
 mur magna. Theodoret. in Catena, qui enim
 miseretur pauperi fœneratur Deo, vt idem sit
 misericordia & vsus. Chrysolog. serm. 41. ne-
 gavit sibi fontem vitæ, sitienti aquæ calicem
 qui negarit. Laurent. Novariens. hom. de elec-
 mosy. providentia divina aperuit nobis pec-
 cantibus medicinæ armarium, vt faceret divi-
 tes, & pauperes, vt quoniam divites per exu-
 berantiam ad vitia proni sunt haberēt sibi cō-
 iunctos

iunctos indigentes velut fontem lavare, aut ve-
 lut flumem Jordanis in quo Christus tinctus
 est.

DOMINICA V.

Quadrag.

S I veritatē dico vobis, quare non creditis mihi
 Ioan. 8. Summum scelus veritati non cre-
 dere si quidem veritas se sola efficax, vt
 faciat persuaderi. Theophylact. Ioan. 19. Ego
 (ait Iesus) in hoc natus sum, & ad hoc veni in mun-
 dū, vt testimonium perhibeam veritati, qui est ex veri-
 tate, audit vocem meam, dicit ei Pilatus, quid est ve-
 ritas? Paucis illis verbis veritatis Pilatum rap-
 puit, atque ita vt de veritate interrogarit quid
 sit? ferme enim inter homines abolita erat, &
 ignorabatur ab omnibus. Chrysostr. homil. 51.
 Ioan. 7. In novissimo die festivitatis stabat Iesus, &
 clamabat dicens, si quis sitis veniat ad me, & bibat,
 qui credit in me sicut dicit scriptura, flumina de ven-
 tre eius fluent aqua viva, venerunt ergo ministri ad
 Pontifices, & Pharisaos, & dixerunt eis illi, quare
 non adduxistis illum? responderunt ministri, nunquā
 sic locutus est homo. Erat in verbis Iesu veritas
 quæ etiā nuda & inermis scit inter hostes triū,
 phar



Carena sacra,

phate, at qui breuem Christi audierunt orationem, tanti enim veritas est, vt in corrupto animo longis sermonibus minime opus sit. Cyril. Alexand. lib. 10. de adorat. Deuter. : 6. *Non plā tabis lucum & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui.* Gentiles sicubi densas arbores, locum que totum abunde opacum deprehenderant, ibi aras ad dæmonem sacrificia extruebat, scilicet opus erat dæmoniorum aris tanquam aberrationem quandam animi, ac sæculares oblectationes adiunctas esse, nam falsitas ipsa per se infirma est, adhibitis autem extrinsecus fucis ornatur, vt turpes mulierculæ solent, illud porro diuinum altare cum pulcherrima veritatis specie fulgeret, quæ nam extrinseca adiumenta, aut vana ornamenta requireret. Noli creaturas æstimare iuxta externam apparentiam, sed iuxta naturæ earum veritatem. Maximus cent. 2. cap. 65. Qui potuit submovere sensus ab affectibus, & separavit animam ab habitudine sensuum, potuit utique aditium demoliri diaboli per mediõs sensus in animum, & ob id in deserto, dico verò in speculatione naturali pias de creaturis opiniones quasi torres munitas ædificavit, ad quas qui confugit non extimescit dæmones rerum visibilium natura latrocinia exercentes, Thodotus homil.

in

In Aliquõr Euangeliã.

in Natali Salvat. habita in Concil. Ephes. tomo 6. cap. 7. Non mihi iam elementorum splendorem attendas, non coloris elegantia rerum naturas diiudices, non coruscantis solis radios obstupeas, non te moveat quod ego iuxta diuinum Iob pelle, & carne indutus sum, sed intelligentis animæ excellentiam consideres, vnu tanque hæmani corporis constitutionem cõtuerari, vnum hoc animal cæteris omnibus animantibus dominari, ac imperare posse demerere, sol famulatur necessitati, homo sententiam est fortitus liberam, iam dic obsecro, vter prætantior est servus ne an Dominus? necessitatis iugo subiectus, an ab omni necessitate immunis? nihil igitur incredibile, nihil novum, si in homine habitavit Deus: homo ne cæcutias ad externos rerum splendores si vis non errare, si amas pervenire ad dignum Dei habitaculum Nissenus homil. 2. in Cant. *Si ignoras te, ò pulcherrima mulierum egredere, & abi post vestigia gregum tuorum, & pasce hædos tuos, circa tabernacula pastorum.* Hæc est cutissima bonorum conservandorum ratio ò sponsa, cognosce quantum sis honorata à creatore plusquam reliqua creatura, non factum fuit cœlum imago Dei, non Luna, non Sol, non syderum pulchritudo, nec quicquam aliud ex ijs quæ cernuntur secundum naturam,

naturam,

turam, tu sola facta es expressa figura veræ divinitatis, vitæ beatæ receptaculum, veri luminis informatum simulachrū, ad quod aspiciens efficieris id quod ille est, si hæc aspicias in nullam rem creatam, & terrenam defiges tuū oculum: nec cœlum tibi censebitur admirandum, non admireris terræ latitudinē, non mare quibus ut præesse, es cōstituta, in tua potestate sita habens hæc elementa, attende ergo tibi ipsi, & nō errabis circa gregem hædorum tuorum, neque efficieris hædus pro ove tempore iudicij, neque segregaberis à statione ad dexteram. Richard. Victor. tract. 3. de exterm. mali. non aliter ostenditur Iacobo creaturarum scala nisi dormienti, & in lapide cubanti (Christo) fœlices quibus vertitur in scalam, quod alijs solet esse in ruinam fœlices quibus exteriorum sciētia fit scala ascensionis, non ruina deiectionis, fœlices quibus temporalium pulchritudo sit æternitatis instigatio, ecce quid inveniunt, qui in hoc lapide Christo ob dormiunt, claudentes oculos externis creaturis, nihil aspicias, nihil scis dum non scis Christum. Tertuli. lib. 3. in Marcion. Genes. 28. Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam Iacob cur dicit se nescisse Deū quod debebat ei esse notissimum? quia accingebatur iam ad expositionem somni, Christum enim

Domi-

Dominum viderat templum Dei, & portā eandem per quem aditur cœlum, nil mirum quod qui præ oculis habebat Christum fateatur se nihil ante hunc ysum, quid sciret, qui non viderat Christum in quo thesauri sapientiæ Dei? Tertulian. lib. de idolatria cap. 9. 1. Corinth. 7. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquistor huius sæculi? non ne stultam fecit Deus sapientiam huius sæculi? nos autem predicamus Christum crucifixum, Iudæis scādalum, gentibus stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis? & Græcis Christum Dei virtutem & sapientiam. Nihil scis, si nesciebatis Christum, si nesciebatis vos futuros esse Christianos.

Ego non quero gloriam meam. Iesus ostendit se contumelijs superiores ex quo gloriam temporalem non querit, etenim qui non comprehenditur laqueis mundalibus verba nō curat, omni ergo contumeliæ & opprobrio superior esto. Ambros. in 1. Apocal. cap. 16. Psalm. 38. Cum consisteret peccator adversus me obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. O inigne patietiz Davidis! ò devorandæ contumeliæ grande inventum. Bernard. serm. 3. Psal. 90. Deus meus sperabo in eum, quoniam ipse liberavit me laqueo venantium. Vos autem fratres mei, vos pennati, ante quorum oculos frustra iacitur rete, vos, qui divitias huius sæculi penitus reliquistis, quid

E timea-

timateis à verbo aspero, quoniam iam liberati estis à laqueo felix tu qui transilis laqueum, ut omninò longe fieres à Verbo aspero, convitiator iustorum non occultabitur, sed patebit ad supplicium. Origen. hom. 7. in Numer. cap. 12. *Ira usq; Dominus contra eos abiit, nubes quoq; recessit, quæ erat super tabernaculum, & ecce Maria apparuit candens lepra sicut nix.* Ira furoris Domini efficitur super eos (Aaronem & Mariam murmurantes contra Moysen fratrem obnuptias cū alienigena foemina & Æthiope, quos puniturus Dominus venit ad tabernaculum, & non patitur eos latere sub nube, quasi primus gradus sit iræ divinæ contra eos quod nubes recedat, & lepra eorum appareat) qui male loquuntur, & detrahunt, verū tamen quod dicit, & nubes recessit, & Maria facta est leprosa sicut nix, considerandum est diligentius, quod prius recedit nubes, & ita lepra repletur, ira Dei super murmuratores sanctorum, prius tollens nubem, eripiens eis omnem spem latendi, deinde revelans illorum lepram. Imperfectus, hom. 25. in Matth. Gen. 39. *In universo orbe fames prevaluit, incuncta autem terra Ægypti panis erat.* Cur totus mundus ita affligitur? non æstimat Deus totum mundum affligere ut revelentur fratres convitiatores Iosephi iusti, vnde Ioseph quasi male-

maleficus in carcere fuerat, & quasi Propheta eductus est, in vnius pueri Iosephi vindicta totus mundus fame flagelatus est, numquam nō patebis quis fueris? etiam inter tenebras calūniarum & contumeliarum. Chrysostom. Psal. 138. *dixi (aiebat David) forsitan tenebra conculcabit me, & nox illuminatio mea in delicijs meis.* Hebr. *sed nox lucida circa me:* non dixit, nox deleta est, sed nox fuit lucida, hoc est, nox inane nox, mala scilicet, & calamitates non potuerūt me cōculcare, sed fuit lux in nocte, hoc est mei extitit defensio, impossibile est quod virtus lateat quando ipse tenebræ, & nox pro sole sunt, ut ipsam revelent, & licet non appareret sol nec ullus dies esset tamen appareret quis iustus esset vel ipsis tenebris, vel caliginibus pro sole existentibus. Gillibert. Abbas serm. 1. Cant. 3. *In lectulo meo per noctes quasi vi quem diligit anima mea, nox,* inquit David *illuminatio mea in delicijs meis.* Quid si ad inventionem sponsi nox operatur? cooperatur plane, & accomode satis, ut Iesu virtus appareret, noctes ipse, id est ipse carceris caligines & blasphemiarum pro sole extiterunt quibus publice rentur. Chrysostom. homil. 89. in Matth. Lucæ 23. *obscuratus est sol.* post omnia verò, quæ per insaniam & furorem fecerunt Principes Sacerdotum, cum scribis & se-

nioribus dicentes, *alios salvos fecit, se ipsum non potest salvare*, quando deridendo saturati sunt, quando contumeliando animū suum expleverunt, quando denique omnia ab ipsis dicta sunt, quæ volebant, tunc tenebræ apparent, (*à sexta hora tenebræ factæ sunt super terram*) sed quomodo inquis, omnes mirati homines adeo non sunt, ut Deum ipsum putarent? stupeo, quod potuerit esse aliquis adeo cæcus, cui non pateret Iesu sanctitas & divinitas, ubi sic per tot toleratas contumelias ostendebatur, non enim soli, sed opprobria quæ pro sole sunt dum tolerantur faciunt apparere filios Dei. Impudentissime te extollis supra Deum si nescis parcere illatis tibi contumelijs. Cellensis Abbat. lib. de panib. 23. lenit dolores patientis Christi assidua recordatio in Cruce pendentis, telum à corde excutit impatientiæ dulcis memoria orationis perfusæ de pinguedine gratiæ, & de virtute patientiæ. *Pater*, inquit, *ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*. Nazianzen. 1. orat. contra Iulianum, cum salvator omnium & Dominus in parcendo contumeliosus admodum mansuetus esset, & mitis, ac etiam pro crucifigentibus lachrymas profudit, planè inconveniens fuisset nos tali appellatione indoluisse, aut pudefactos fuisse, plurisque fecisse vocem calumniatorum horum, quæ ani-

animarum & corporum, quæ probe ob veritatem contemnere scimus salutem. Cassiodorus, lib. 1. Var. 30. vos enim quos semper gravitas decet, nolite truculenter insequi inania verba populorum, si quid est fortè quod poenam mereatur admissum, in præfecti urbis notitiam deferatur, ut culpa legibus non per præsumptam coerceatur iniuriâ, quid enim discrepat à peccante, qui se per excessum nititur vindicare, impenitenda est ultio, quæ de legibus venit, & excellenter videtur depulsato triumphasse, qui victor pronuntiatur à iudice, nihilo faciendæ voces contumeliosæ. Athanas. in Apol. de fuga sua, utinam adsit aliquis ex nostro genere Christianus, qui maledicos pudefaciat, & magna voce pronunciet, melius est confidere in Dominum, quàm intendere istorum stultiloquijs, Domini enim verba vitam æternam habent. Chrysost. m. Psalm. 5. *sepulchrum patens est guttur eorum: non dixit simpliciter sepulchrum sed patens, ut significet maiorem esse abominationem, illa proferunt quibus utuntur.*

Tulerunt lapides. Non lapidibus mori voluit, sed Cruce: nam Crux Christi corona & diadema duraturi & stabilis imperij, Cyrillus Hierosol. Cateches. 13. Marci 16. *Iesum quaeritis* (dicebat Angelus post gloriosam Christi Resurrectionem



Carena sacra,

tionem mulieribus apparens) *Nazarenum crucifixum, surrexit non est hic.* Non pudeat Crucem Domini confiteri, Angeli gloriantur dicentes, Iesum quæritis crucifixum, non potuisti Angele dicere, scio quem quæritis, meum Dominum? sed confidenter dicit, scio quod crucifixum, corona enim est Crux, & non ignominia. Gillib. ferm. 20. in Cant. *mhi, inquit Paulus, absit gloria, nisi in Cruce Domini nostri Iesu Christi,* & quid vultis audire? Crux ipsa corona est gloriæ, diadema regni, etiam impij reverentur Iesum in Cruce mortuum. Cyprian. lib. de duplici morte, vita Domini pluribus fuit offendiculo, etiã ipsis cognatis ac fratribus cum dicerent illum in furorem versum, sed mors illius non solum pijs, sed etiam impijs fuit admirabilis, nec alibi magis verum fuit, quod virtus in infirmitate perficitur, in Cruce lancea transigitur, & sic victor Ecclesiam sponsarum omnium pulcherrimam sibi sumit. Augustin. in habitu iacentis, & dormientis is secundus Adam inclinato capite in Cruce dormivit, & vnde ei formaretur coniux, quæ de latere dormientis effluxit? ò mors, vnde mortui resurgunt, quid isto sanguine mundius? quid vulnere isto salubrius? Rupert. lib. 2. de operib. Spiritus S. cap. 19. de partefacto Christi latere, sanguinis & aquæ Sacramentum

mentum productum est, & ex inde statim Ecclesia reformata, nam statim univèrsa priscorum electorum, quantacumque ab origine mundi collecta fuerit, illo sanguine, & illa aqua emundata, atque huic viro copulata est. Tertulian. lib. de anima, cap. 48. de iniuria perinde lateris, vera mater viventium figuratur Ecclesia, sanguine Christi lavãdi. Abb. Cellenfis. lib. de panib. cap. 15. Lucæ 16. *Pater Abraham mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aquam, ut refrigeret linguam meam.* Sed parumper petijt his dives, & ideò fortè non impetravit, parum inquam, petijt, quia non in aqua, sed in sanguine flamma infernalis extinguitur, non enim levi & momentanea compunctione gravis culpa detegitur, sed eo usque penetrare debet vis doloris, quovsq; penetravit iniquitas, plenam itaque manum sanguine Redemptoris, non extremum digitum in aqua tinctum exposcat conscientia de gravibus confitentis, tingat digitum in locum clavorum, & mittat manum suam in latus Salvatoris, ut sicut animam suam pro nobis posuit moriendo ipse Dominus, sic iste conscientiam suam pro se exponat confitendo & pœnitendo. Rupert. lib. 2. de operib. Spiritus S. cap. 11. epist. 1. Ioann. cap. 5. *Hic est qui venit per aquam & sanguinem Iesus non in aqua solum, sed*




in aqua & sanguine: quæ de latere Iesu fluxit aqua lavit nos, sed de socio sanguine, aqua hanc virtutem obtinuit, vt posset lavare nos, nam sine sanguine, aqua prodesse non poterat, per apertionem lateris se se effundunt puræ misericordiæ. Augustin. in Manuali, ca. 33. Longinus aperuit mihi latus Christi lancea, & ego in travi, & ibi requiesco securus, Cyprian. serm. de Resurrect. Christi, ex hoc fonte lateris, non solum ablutionis primæ vndas haurimus, sed & compunctionis, & lachrymarum perennem influxum, misericordiarum suavitatem, & totius pietatis affectum. Isidorus Pelusiota, lib. 1. epist. 193. expendens illud Iacobi, qui vt pater nam benedictionem obtineret, hædinis pellibus manus & colli nudæ contexit, sic de Christo loquitur: nihil iam hædinum, ac sinistro latere dignum in natura reliquit, verum terrenis ipsis mēbris morte affectis, Patri perpetua nostræ salutis fame flagranti, gratum cibum obtulit, nobisque in se ipso numquam eripiendam benedictionem fontis in morem protulit. Bernard. serm. 7. in Psal. qui habitat: Dominus meus Iesus, post cætera inestimabilis suæ erga me beneficentia pietatis, etiam dextrū sibi propter me passus est latus perfodi, quod videlicet, non nisi de dextra, mihi propinare vellet, non nisi in dextra

dextra locum pararet refugij, penes Iesum crucifixum apparuit summa omnium potestas rerum. Cyprian. deduplici mart. quid homine mortuo contemptius? quis vel Cæsarem mortuum metuat? sed Christi morte quid efficacius? velum templi scissum est, terra concussa, sol medio die obtexit faciem suam, nunquam per omnem vitam Iesus magis declaravit potentiam suam. Leo serm. 8. de Passione. O admirabilis potentia Crucis! ò ineffabilis gloria passionis, in qua & tribunal Domini, & iudiciū mundi, & potestas est crucifixi! Athanas. de incar. Verbi, corpus in Cruce exaltavit, non tamen per hoc obscurus, sed illustris permanens in se ipso, & talia opera patrans, eaque signa edens, quæ eum etiam eo tempore non hominem, sed Verbum, & Filium Dei declararūt. Hesichius in Cantic. Psalm. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Lumē autem Christi crux est, quod orbem illuminavit, quo nos in frontibus signavit. Nazianzen. de externa hominis vilitate: ego relictis omnibus rebus vnā habeo, quæ vt clarissima quædam columna vitæ meæ præluceat. Laur. Iustin. considera quanta sit virtus Crucis, in die namq; iudicij Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumē suū, vt discas quantum, & splendidior sit Sole appa-



rebit tunc Crux, iuxta illud Matth. 24. *Tunc
parebit signum Filij hominis.* Laurétius Novariés.
homil. de poenit. Zachæus pusillus corpore fa-
ctus est præclarus opere, flagitiosus concep-
tus foelix subito nascitur, modicus ascendit ar-
borem, vt videretur à Christo, & publicaretur
in mundo, arbor optabilis salubri medicamine
plena, quæ in solo aspectu subvenit peccatori,
& sanctificavit prophanum, nescit enim tar-
dari fructus, qui à Cruce perquiritur, nequit
perdi foelicitas, quæ comparatur per Crucem,
Drogo libro de Passione. Circuire possum Do-
mine cœlum terram, & aridam & mare, & nū-
quam te inveniam nisi tantū in Cruce, ibi dor-
mis, ibi pascis, ibi cubas in meridie. Chrysof.
homil. de divite, Crux clavis paradisi est, quæ
aperuit paradysum, non ne dixit: *Regnum celo-
rum vim patitur?* Qui in Cruce est non
vim facit, nil medium est, & Crux,
& statim paradysus.

(*†*)



DOMINICA IN RA-
mis Palmarum.

ECCĒ Rex tuus venit tibi. Matthæi. 11.
Princeps non sibi sed suis vivat, pera-
gat non sua, sed subditorum negotia.
Gregorius 1. Regū. cap. 16. *Samuel vnxit eum
(Davidem) in medio fratrum suorum.* In medio
vngitur, vt se privato amore non diligit, sed
ex omni quod præminet, lucra aliorū quæ-
rat, vnde & Saul solus in extrema parte civi-
tatis vnctus fuisse perhibetur, quid est ergo,
quod solus à solo invngitur, nisi quia Saul de
culminis potestate per amorem privatum de-
bebat intumescere. Athanas. de Pas. & Cruce,
omnia Diabolus movebat, & quidem præter
animi sententiam promittebat, modo efficere
posset, ne Christus Dominus moreretur, & ad
inferos descenderet, denuo igitur Iudæis au-
ctor fuit, vt dicerent: *Si Rex Israel est descendat
de Cruce & credemus ei.* Dominus autem revera
servator qui non sua, sed nostra quæreret, non
in se salvando, sed in creatura redimenda, sal-
vatore se esse innotescere volebat, non item
sol



sollubar in se contrahens pro lumine agnosce-
retur, nisi etiam orbis terrarum suos radios ex-
porrigat, & tenebras illuminet. Ambros. libro
10. Luc. noluit Christus de Cruce descendere,
ne descenderet sibi, sed moreretur mihi. Ber-
nard. serm. 1. de Pas. Matth. 24. *Si Rex Israel est
descendat de Cruce.* Imò verò quia Rex Israel est
titulum regni non deserat, virgam imperij nō
deponat, principibus nil firmitus & stabilius,
quam accurrere periculis subditorum. Pacatus
in Panegyrico de magno Theodosio, creber
egressu expectantibus populis te fateris, nec
videri modo pateris, sed facilis adiri, è proximo
accipis vota tuorum. Nazianzen. epistol.
92. & firma res est multis benefacere, etiam si
non sis loco firmiter affixus, nisi etiam solem
acuset, quod radium spargens circumcurrit, &
omnia ad vivificat, ad quæ accedit, aut stellas
non errantes laudet, planetas vero vituperet,
quorum etiam error concinnus est, principem
deceat cito respondere optatis subditorum. Ca-
siodorus lib. 1. variarum 1. Prædicans Gotho-
rum reginam: non aut legatus moram, aut in-
terpellans aliquam sustinet de mediatoris tar-
ditate iacturam, quando uterque & genuinis
verbis auditur, & patriotica responsione com-
ponitur. Sidonius Apollinar. lib. 1. epist. 2. inter
hæc

hæc intromissis gentium legationibus Theodo-
ricus audit plurima, pauca respondet, si quid
tractabitur, differt, si quid expedietur accele-
rat. Hunc triumpho honorē Christus non præ-
ripit cum ei debeatur, tu non præripias ho-
nores sed expecta. Basilii Seleucensis, oratio.
16. 2. Reg. 14. *Vivit Dominus* (dicebat David)
*quia nisi Dominus percussisset eum (Saulem) aut dies
eius venerit ut moriatur, aut descendens in prælio pe-
rierit, propitius sit mihi Dominus, ut non mittam ma-
num meam in Christum Domini.* Cur David cum
in sui defensionem posset hostem Saulem oc-
cidere, noluit illi inferre malum? cavet sapien-
ter, ne videretur ad honorē currere, & maluit
expectare ordinē gratiæ: David pepereit Sau-
li dormienti & invidentis curā habuit, & oso-
rem gratiæ regimen secutus, conservavit: ex-
pectabat ordinem gratiæ, quam illa allatura e-
rat regnum Davidi, ut regnum tunc caperet,
& non ante præriperet. Ambros. in Apol. 1.
cap. 6. Debitum sibi imperium diu distulit Da-
vid, quod sciebat sibi Deo auctore deberi, quo
solo docuit omnes homines non præripiendū
regnum, etiam si debeatur, sed expectandum,
ut suo tempore deferatur, utinam hunc virum
imitati essent posteri, non tãtas bellorum per-
tulisset acerbitates. Synesius lib. de provid.
Merito



Merito id ipsum verum est, id ipsum iterum, ac sapius inculcandum est mortalibus in seipsum regulam esse, vitæ nostræ conditionem non expectare, ut in convivijis fercula, quæ circumlata ad nos, ut ea capiamus deventura sunt, sed ipsum vi occupare, ac præripere, cuiusmodi namque, si illorum compos fuerit ridiculum se se præbebit, ineptus, ac inurbanus conviva, & convivoris offensionem incurreret, sordida illiberalitate ordinem, quantum in se est perturbans honorum augmenta, quæ à Christo veniunt super omnia extolluntur in gloria, & dignitate. Cyril. Alexand. Osee 2. *Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter, & ponent sibi caput unum, & ascendent de terra.* Et ascendent de terra, inquit, quod rectè intelligentibus opinor, significat, aut qui iugum salvatoris admiserunt, de cætero omnimode desituros terrena sapere, & prudentia carnis superiores fore, tales enim omnes, qui Christo se subiecerunt, & fidem facit David Psalm. 46. *Quia dii fortes terra vehementer elevati sunt.* Nam à Christo venit, quod supra omnia terrenorum propria vehementer appareant ut dii sublimati, & elevati. Idem Cyril. ibi. resurgent quidem omnes probi, & improbi, sed non habebunt omnes illud abundantius (Ioan. 12. *Ego veni ut vitam habeant, & abundan-*

tius

tius habeant.) Qui autem Christi sunt, quique spirituali cum Deo amicitia locupletati sunt, & morum integritate præstant, præter communem resurrectionem, & reditum in vitam, plane habebunt, quæ consequuntur, hoc est dona, honores, coronas, remunerationes, claritatem. Tibi venit Christus, & tu solum meditare omnem creaturarum splendorem eo tendere, ut unus effulgeat Christus. Cyril. Alexandrin. lib. 2. de recta fide ad Reginas, quod igitur creaturarum obsequio, iure meritoque potiatur Christus, hoc inde habet, quia Deus, & Dominus est, totumque quod ortum, quo vis modo fortitum est pedibus illius subtractum est. Chrysolog. serm. 89. Marc. 1. *Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.* Cum Christus Deus nasceretur in carne Ioannes Angelus est generatus in terris, ut ita officia terrena officij se cœlestibus miscerent, sicut luminis se divina miscebant, & in terra Deo Angelus, Domino ordo cœlestis obsequij non deesset: datur gratia, & benedictio Angelorum Ioanni, ut dignus in terra representaretur famulus Christi, honor Angeli tribuitur Ioanni, ut natus in terra Christus haberet etiã in terra Angelorum gratias, & benedictiones sibi famulantes. Alexander Episcopus Alexandrin.



xandrin. epist. ad Episcop. Constantinop. ad eum finem respiciendum, vt Dominus noster Iesus Christus ab omnibus adoretur.

Mansuetus. Mansuetudine omnium animos tibi debellabis, & devincies. Theodoretus in Isaia oration. Lex literis instruebat solum Israelem secundum carnem, Dominus autem noster Iesus Christus cum mansuetudinis recte explicasset, totam piscatus est terram, quæ sub coelo est. Anselm. Lucæ cap. 3. Recte sicut columba Spiritus Sæctus in eum (Christum in Iordane declarandum Dominum, & quasi creaturarum Dominum in augurandum) descendit, vt eius mansuetudinem nobis intimaret, ipse enim est iudex generis humani, sed quis eius feret iustitiam, si prius quam nos permanuetudinem colligeret, culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisset? homo ergo pro hominibus factus, mitè se hominibus prebuit, noluit peccatores ferire, sed colligere, prius voluit per mansuetudinem colligere, vt haberet quos post modum in iudicio salvaret. Drogo Hostiens. lib. de sacramento Passionis, Abacuch 3. *Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius.* Quæ est autem fortitudo tua nisi mansuetudo tua? Bernard. Apocal. 5. *Ne ste veris ecce vicit Leo de tribu Iuda, radix David, &*

vidi

vidi & ecce in medio throni agnum stantem tanquam occisum, & veniens accepit librum de dextera sedentis in throno, & aperuit librum. Leonè Ioannes au dierat, & agnum vidit, accepit agnus librum, agnus aperuit, & apparuit Leo, denique agnus est (aiunt seniores) dignus, accipere fortitudinem, non mansuetudinem dimittere, sed accipere fortitudinem, vt & agnus (hæc habet Bernard. serm. 1. de Resurrect.) maneat, & leo sit: tunc leo ad devinciendos omnium animos, dum agni mansuetudinem præse tulit. Chrysofost. Ioan. 1. *Ecce Agnus Dei (dixit Baptista) & audierunt discipuli dicentem, & secuti sunt Iesum.* Intuere hoc loco, quod neque cum dixit, post me venturus est, qui ante me factus est, cæterum cum de Christi generatione verba habere, & in humiliorem sermonem descendere cœpit, nempè ecce *Agnus Dei*, tunc secuti sunt discipuli, quis non sequetur agnum mansuetissimum. Christiana mansuetudo, & lenitas efficax ad debellandam quæque durissima. Imperfectus homil. 2. in Matth. *Tolle puerum, & Mariam matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Venit in Ægyptum Iesus, vt iam non irent ad mare rubrum de mergendi Ægypti, sed vocarentur ad aquas baptismi vivificandi, immittitur Iesus Ægyptijs, vt qui plagis obdurati instar lapidum (submersi

F

sunt.

Sunt quasi plumbum submersi sunt in aquis maris; a Iesu suavitate vt ab infuso oleo acciperent, quo possint, aquis super natate, & in auras at- tolli coelestes, & qui in mare submersi olim fue- rant, suavitate Iesu supernatarent aquis bap- tismi, vt inde vitæ auspiciū obtinerent. Chry- solog. serm. 54. Lucæ 19. *Ingressus Iesus per ambra- labat Iericho.* Iericho civitas ipsa est quam Iesus Nave (Iosue 6.) septem tubarum clangore sub- vertit, sed quia Iesus venit salvare quod perie- rat, ingreditur Iericho, vt quod lex terribili vo- ciferatione deiecerat, Iesus clamore piæ præ- dicationis attollat, potuit ferrum, potuit rigor Iericho demoliri, sed illam Deo aptare non va- luit, propterea illi immittitur suavitas Christi, sub qua etiam durissimi Ierichuntini non pe- reunt, sed attolluntur, & aptantur Deo, & ean- dem civitatem quam rigor Iosue est demolitus eandem Christi suavitas erexit, & aptavit di- vinis beneficijs. Ambros. Lucæ cap. 2. Matth. 10. *Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris, non peram in via, neque vir- gam.* Lucæ 10. *Ite ecce ego mitto vos sicut agnos in- ter lupos.* Nihil in censu Christi vereare terri- bile, nihil immite nihil triste, vis Christi audire censors? lubentur censere, sed non virgis, nec terrore, sed gratiam levem quærere, condere gla-

gladium, non possidere aurum, talibus censo- ribus acquisitus est orbis: nullius gladius ac- quisivit orbem, sed orbem acquisivit Christi suavitas & lenitas. Augustin. Genes. 28. *Fundēs oleum desuper, lapis iste vocabitur domus Dei.* In hac lapidis erectione, oleique perfusione signum fuit in prophetia evidentissima constitutum, quæ pertinet ad vñtionem, vnde Christi no- mem à chrismate est: Iacob sine ferro, sine ma- leo, sine ictu, de infusi olei beneficio lapidem in Dei donum aptat, olei benignitatis infusio durissimos etiam lapides aptat in domum Dei, illo oleo designabatur Christi suavitas quæ ef- ficacior omni ferro, vt vel lapides in donum Dei aptet, sua bona propria habet mansuetu- do. Chrysost. homil. 34. in Genes. Psalm. 131. *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis eius.* Hinc David maiorem cælitus conciliavit benevolentiam, & afferens quæ sua erant, à mi- sericorde Deo maiora est assecutus, vt sciatur habere aliquid suum vnius mäsuetudinis me- moriam commendat. Theodor. in catena Græ- ca, Psalm. 36. *Mansueti hereditabunt terram, & delefabuntur in multitudine pacis.* Qui à divina spe pendent, & vitam eligunt, inquieto & tranquillitate manebunt, æternas habentes delicias, qui verò fluxis feclicitatibus confidit

celerem mutationem recipient. Gregor. hom. 35. in Evangel. Luca 11. *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Per mansuetudinem, & patientiam igitur animas nostras possidemus, quia dum nobis metipsis dominari discimus, hoc ipsum incipimus possidere quod sumus, correctio quo mollior, & blandior eo solet esse efficacior. Doroteus doctrina 17. neque superbe imperes, aut contumeliose, sed cum omni mansuetudine cum fratre consulta, movet enim magis, & efficacior est huiusmodi sermo ad persuadendum, & turbatos animos sedat. Petrus Damian. opusculo 12. de contemptu sæculi, cap. 29. 1. Reg. 4. Super mortuum puerum septies aspirat Eliseus, quia ad perceptionem divini muneris gratia septi formis spiritus in peccati morte existentes inflamat, mox que vivus erigitur, is quem terroris virga non suscitavit per amoris spiritum ad vitam redit.

Cadebant ramos de arboribus. Olivarum quibus erat confitus mons Oliveti, etiam gestarunt ramos, ut eam viam pararent Domino, quæ ei est gratissima, misericordia nempe, & eleemosynis velut laqueis pedibus Domini in via positis ad capiendum eum. Drogo Hostiens. de Domin. Passion. sacram. tu etiam egredere cum pueris Hebræis, qui transeunt simpliciter in occur-

occursum Domini, sterneret in via ramos olivarum, & opera misericordie pedibus eius accommoda. Chrysost. Luc. 19. *Hodie salus huic domui facta est.* Non curriculo (ait Chrysostom.) Zachæus ad vicinos contendit mensas, sedes subfellia petensebunt nea, nec extraxit eloculis laconica quædam mensarum velamina, sed ornatu Christo ingredienti gratisimo decoravit, quod porro illud? *Dimidium bonorum meorum do pauperibus,* sic & nos ornemus domus nostras ut Christum suscipere mereamur. Chrysolog. serm. 39. Non potuit, non impetrare quod voluit, qui ut reciperet hospitem reficeret, totam sibi requiem denegavit, aut quomodo sic petenti, sic pullanti non responderet ille, qui se in hospite suscipi confitetur cum dicit, hospes fui, & suscepistis me. Chrysolog. serm. 41. Homo da Deo quod vult, si vis tibi, à Deo dari quod vis, *Misericordiam volo,* Dei vox est Osee 6. Deus à nobis misericordiam petit, et si dederimus quid dicturus est? *Esurivi, & dedistis mihi manducare, venite benedicti Patris mei percipite regnum.* Amore pauperis Deus suum regnum vendit, & ut emere illud omnino homo possit, fragmentum panis in pretium, quia vult habere omnes, qui tantum petit pretij, quantum hominem scit habere. Idem Chrysolog. Homo



dando pauperi das tibi: quia quod pauperi nō dederis, habebit aliter, tu verō solū quod pauperi dederis hoc habebis. Chrysof. hom. 65. in Matth. Non enim sic oleum roborat corpus hominis, vt animā misericordia stabilis, adeo- que confirmat, vt superari à diabolo nequeat, lubricum enim eleemosynæ oleum corpus hominis cōstituit, ita vt manus diaboli facile propter lubricitatem fugiat, hoc igitur oleo crebro nos pervngamus, hoc spiritualis causa est sanitatis, hoc lucem, hoc splendorem animo afferre solet. Chrysolog. serm. 41. Sed qui intrat carnis pelagus scindit vitiorum fluctus inter scopulos criminum transit, præterit littora passio- num, nisi cito portum pietatis intraverit, exer- cere virtutes non poterit, lucrum non potest habere virtutum, qui se stare novit in huius vitæ lubrico, qui se intelligit carnis viam transire per lapsum, qui se sentit incurfionibus ignorantæ, negligentæ casibus subiacere, sic ieiunium teneat, vt misericordiā non derelinquat. August. lib. de cathechizandis rudibus, capite vlt. opera misericordiæ cum pia humilitate im- petrant à Domino, vt nō permittat servos suos tentari plusquam possint sustinere. Gaudent. serm. 11. tomo 2 Biblioth. vet. Pat. Certamem nostrum contra vicia carnis est, cupiditatum pecu-

pecuniæ, contra animi iracundiam, quæ sunt arma diaboli, quibus resistendū est vt que galea fidei, lorica continentia, misericordiæ cly- peo in quo possumus, vt ait Apostol. Ephe. 16. *Omnia iacula inimici cadentia extinguere, & enim si cut aqua extinguit ignem ita eleemosyna resistit pec- cato.* Chrysolog. serm. 122. Lucæ 16. *Pater Abraham miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hoc flamma.* Certè si te iam possidet totus ignis inferni, si te gehennæ flā- ma complectitur, quare solius linguæ æstibus desiderat infelix dives subveniri? nisi quia cū pectus tuum ardet anhelat flamma sui crimi- nis & reatus, magis lingua vritur, ardet, æstuat quæ insufflavit pauperi, quæ misericordiam de- negavit, hæc præcedit ad iudicium. Chrysolo. Nescit sanari qui nescit pauperum sanari. Laurent. Novarienf. Ecclesi. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis.* Quam validus est ignis quando ardet, & tamen vali- dior est aqua quæ ignē extinguit, quid igitur peccatum in ignis habet vigorem, eleemosyna a- qua habet liquorem, si comparatum est, stat aqua contra ignē, stat eleemosyna contra pec- catum. Cyprian. lib. de opere, & elemosynis. Sicut lavacro aquæ salutaris baptismi gehennæ

ne ignis extinguitur, ita eleemosynis, atque operibus iustis delictorum flamma sopitur, & quia semel in baptismo remissio peccatorum datur, assidua & iugis operatio baptismi instar imitata Dei rursus indulgentiam largitur. Ambros. serm. 30. de eleemosyna, quamvis ergo pollutus, quamvis multis criminibus circumseptus, si eleemosynas feceris innocens esse capisti, vide ergo quæ sit misericordiae gratia, quæ vna & sola virtus cunctorum est redemptio peccatorum. Ambros. serm. 31. Ergo eleemosyna quodammodo aliud animarum lavacrum est, ut si quis forte post baptismum humana fragilitate deliquerit, ei supersit ut iterum eleemosynis emundetur, sicut ait Dominus *dante eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis*. Nisi quod salva fide dixerim indulgentior est eleemosyna quam lavacrum, lavacrum enim semel datur, & semel veniam pollicetur, eleemosynam autem quoties feceris, toties veniam promereris. Laurentius Novariensis. homil. de eleemosyna, tomo 2. Biblioth. Veter. Patr. habes multa pericula? iaces avaritia perditus? depravatus luxuria? derogasti? blasphemasti? pluribus sæpè mentitus es? plerumque peierasti? his nequitiae partibus alijsque similibus obruta est mens? convulsa conscientia? quid modo?

nun-

nunquid desperandum est inter hæc? non sic iubet Dominus, sed quid præcipit, *facite eleemosynam, & fiunt in vobis omnia munda*.

FERIA V. In Cœna Domini.

SCIENS Iesus, quia venit hora eius. Ioan. 13. Merito horam Passionis, horam suam vocat, nam id nostrum habemus, quod comparamus laboribus. Dionys. Alexand. epistol. contra Paulum Samofetan. Luc. 2. *Iesus autem proficiebat sapientia & etate*. Non enim accersio horarum, aut annorum est accretio vllius hominis, sed potius quotidie deficit, puer autem Iesus Deus Israel, Deus est idem ipse, & anni eius non deficient, & qualiter deficerent anni quos continua Crux, & labores custodiebant? vnde solus Iesus sicut nescivit à laboribus vacare, ita omnes dies & horas vitæ perfectè suas habuit, ut de hora Passionis dicatur: *quia venit hora eius*: qui non habebat ubi caput suum reclinaret, non potuit non habere & æstimare ut suum quod laboribus acquisierat. Methodius Luc. 11. *Nunc dimittis servum tuum in pace*. Hinc bonus ille senex totus in lætitia, non

F 5

am-

amplius suus, sed totus eius qui ab ipso sperabatur, non amplius suus, ubi non enim res in legitima erant, ubi pro gemitibus gaudia successerant, non amplius suus quasi ex laboribus haberet quidquid suū habebat, & ideo totus æstimatur Dei laborum dies integri & completi, apud Deum sunt. Ambros. Psalm. 36. Ioan. 21. *Cum eras iunior cingebas, & ambulabas ubi volebas, cum autem senueris extendens manus tuas, & alius cinget te, & ducet quo tu non vis.* Ante certamen iunior dicitur, in certamine senex, quod omnem certamen impleverit. Petri senectus, & dierum plenitudo censetur ex vinculis labore & Cruce, laborum certamina dant homini completos dies, ut ætas senectutis perfectissime sit laborem pati. Ambros. Psalm. 35. epist. ad Philemonem: *cum sis talis, ut Paulus senex, nunc autem & vinculus Christi.* Ibi se senem esse gloriatus est, ubi iam in vinculis tenebatur, tunc ætatis suæ longævitatē numerat cum patitur vincula pro Domino. Richard. Victorin. de differentia sacrificij Habr. & Mar. senectus bona, quando exterior sensus decrescit, interior verò excrescit senecta bona quando eo ipso interior homo roboratur, quo exterior homo infirmatur, labores huius vitæ divisim & paulatim eveniunt, præmia simul. Augustin. Psal.

Psalm. 89. *Et exultavimus, & incundati sumus in omnibus diebus nostris.* Dies ille, dies sine fine est simul sunt omnes illi dies, ideo satiāt, nō enim succedentibus cedunt, ubi non est aliud, quod non veniendo nondum sit, & veniēdo iam sit, omnes simul sunt, quia vnus est qui stat, & nō transit, ipsa est æternitas. Ephrem de poenit. Zachar. 14. *Et erit dies una que nota est Domino, non dies, neq; nox, & in tēpore vesperi erit lux.* Quis igitur vsus amplius rerum temporalium in statu illo sempiterno? quis annorum numerus in æternitate temporis erit? quomodo porrò erūt anni, quando nullę erunt noctes? aut hebdomadarum numerus cum mēses non fuerint? nam vnum habet diem sæculum futurum, aitque Propheta non erit nox, neque dies, sed vesperi erit lux. Bernard. serm. de fallacia præsentis vitæ 2. Corinth. 4. *Id quod in presenti momentaneum, & leve tribulationis nostræ supra modum in sublimitate æternum gloria pōdus operatur in nobis.* Guttatim pœna bibitur, liquando sumitur, per minutias transit, in remuneratione torrens est voluptatis, & fluminis impetus, torrens inundans lætitiæ, flumen gloriæ, flumen pacis, flumen vocatur non quod transeat, vel pertranseat, sed quod abeundet, æternum, inquit, gloria pondus, quid tibi dies & annos numeras? transit hora,

hora, transit poena, nec accedunt sibi, sed potius succedunt, sufficit enim nunc cuique diei malitia sua, nec laborum suum poterit reservare sequenti, sed omnium merces laborum in vna illa die reddetur, cui altera non succedit, *reposita est mihi*, ait, *corona iustitia, quam reddet mihi*: non in illis, sed in illum diem iustus iudex. Iesus longissimum cruciatuum, & tormentorum tempus, ut brevissimum & horarium reputat, ita amat homines propter quos patitur. Theophylact. Matth. 20. poculum & calicem dicit Dominus suam mortem, simul ostendens, quod leve sit declarans, quod ipse suaviter accedat ad mortem, felleum passionum manere reputat quasi potus calicem. Gillibert. serm. 2. in Cant. *In lectulo meo per noctes, quasi vi quem diligit anima mea: multae noctes, sed vnus lectulus, multae enim tribulationes iustorum, sed tamen quasi non sentientes, nec respicientes, vno dormiunt, & requiescunt in lectulo, quasi non sentientes maximam multitudinem tribulationem, vno eoque brevissimo somno componant amantes, at Christus nos amat, cui longissimae noctes tormentorum vnus somnus brevissimus sunt, cui proluxa passio brevis & horaria appareat.* Anselm. Hebr. 2. *Eum autem, qui modico, quam Angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem*

mor-

mortis, gloria & honore coronatum, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. Dico quia minoratus est, & hoc ideo ut gustaret mortem, id est horariam & non longam, quasi aliquid gustando transiret pro omnibus, felleum tormentorum poculum, non potum, sed potus gustum estimat, ad passionem festinanter currit, & veniente hora quasi pigritantes carnifices ipsis festinior transit. Athanas. de pass. (meditatur Christum euntem ad mortem) resumpsit autem simul cum trophæo vestimenta sua ab illis, abiturus ad mortem, ut ea simul cum morte exueret, fecit que eos accelerare qui ipsum ducebant. Ambros. lib. 3. Officior. ca. 12. expendens illustre Ieptæ prolis testimonium, quæ à patre iugulanda transactis duorum mensium inducijs, ad victimam eadem hora cucurrit, nec flectus æqualium movit puellam, nec gemitus retardavit, nec dolor flexit, nec dies præterijt, nec fessellie hora, redijt ad patrem, quasi ad votum rediret & voluntate propria cunctantem impulit. Christus sciens, quia venit hora patiendi ad victimam cucurrit festinior quam ipsa per hostes insensissimos parabatur. Tertul. contra Gent. spiritum cum verbo dimisit prævento carnificis officio, qui Cruce multabantur, non antea exhalabant animam, quam à carnificibus cura

corum

eorum frangerentur, cæterum Christus nõ eos expectavit vt moreretur, ostendens festinantius ad mortem cucurrere, quam sibi per carni-
fices paretur.

Cum dilexisset suos in finem dilexit eos. Maxima Christi charitas ab ipso instanti conceptionis in homines. Guarricus serm. 2. de Annunc. hodie itaque sapientia edificare sibi cœpit domum corporis nostri in utero Virginis, & ad ædificandam vnitatem Ecclesię angularem lapidem de monte sine manibus abscidit, ab hac ergo die Dominus virtutum nobiscum susceptor noster Deus Iacob, quia hodie est Domini assumptio nostra, vt inhabitet gloria in terra nostra, quidquid in illo instanti tractatur à Filio Dei, eo tēdit vt familia generis humani stabilatur. Bruno lib. de ornāmētis Ecclesię Psa. 18. *In sole potuit tabernaculum suum, & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo exultavit vt gigas ad currendam viam.* Processit igitur Filius Dei, vt sponsus de thalamo suo, quia nõ solus, sed coniugatus, de Virginis utero exiit, in quo videlicet utero Dei Filius nuptias fecit, vxorem duxit, & priusquam nasceretur, humanitatem nostram sibi coninxit, exultavit autem ad currendam viam, quia vt hominem redimeret & salvaret ipsam cum gaudio susti-

sustinuit Passionē. Methodius orat. de Castit. in Biblioth. Photij, Cant. 6. *Vna est colūbamea, perfecta mea, vna est matrisua.* Possit quis spōsam dicere carnem esse intemeratam Domini, cuius causa Patrem deseruit, & in terram huc descendit, illique per incarnationē copulatus est, hinc figurate illam columbā appellavit, quod animal sit cicut, & subteritis degens, convictuque hominum delectetur. Chrysippus Ierosolym. hom. de Maria Deipara, Psalm. 131. *Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tue.* Arca non ea in qua erant omnium animalium genera, vt in arca Noe qua fluctuantis mundi fugiebant naufragium. *surge in requiem tuam, tua requies est Virgo, & eius uterus, surge, nam si tu non exurgas à sinu Patris, genus nostrum quondam lapsum non resurget, Christi amor, quo se totum in omne genus hominū effundere veluit ab ipso acceptæ naturæ instanti.* Theodotus hom. 2. de nativitate Christi in Synodo Ephesina, si enim dignum Deo habitaculum te ipsum constitueris, in te quoque habitaturū, descendet, & si non ad eum modū quo in Christum, in Christo namque omnis divinitatis plenitudo inhabitat, sed orei miraculum, tota divinitatis plenitudo in vno inhabitat corporaliter, & nihilo tamen secius reliqua omnia adim-

*Catena sacra,*

adimplet, & ita implet, & vniversam creaturã excedat, totus existit in vno, & à nulla interim creatura separatur, iuxta illud Ioan. 1. *Verbum caro factum est, & habitauit in nobis.* Iobius Monachus lib. 3. de Incarnat. cap. 17. apud Biblioth. Photij, idem carnem Dominus induit, & in mari Deitatis suæ, nostræ conditionis guttam suscepit, vt mortale à vita absorberetur, atque in vniversum genus beneficium effunderet. Basilii Seleucens. orat. in Annunt. qui in forma Dei erat servi formam suscepit, quo peccati servos hac ratione in pristinam dignitatem restituat, cœlestique Patri eiusmodi filios exhibeat, qui ad sui ipsius formam denuo sunt instaurati: *quotquot enim receperunt illum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: vt ipse accepit esse filius hominis, sic se effudit, vt dederit alijs esse filios Dei, ex hoc amore festinior ad mortem currit, quam ipsa per infensissimos hostes parabatur.* Gregor. Nyssen. hom. 5. de Resurrect. pōderans quod Dominus se se in præsentem edē dum dederit sub specie mactatæ hostiæ in sanguine diuiso à carne, cur hoc fecit? qui omnia pro Dominica potestate, & autoritate administrat, non expectat Pilati iudicium, sed per ineffabilem, & arcanum sacrificij modum sua dispositione & administratione præoccupat impetum

petum violentum, ac se se in oblationem, & victimam offert pro nobis sacerdos simul & Agnus Dei, ita currebat ad mortē, ita anxius erat de sanguine effundendo, & tarditatem Pilati, hostium non sustinens, modum repererit, quo præueniens rabiem eorum se se mactaret, dū præparat suæ carnis esum, & suæ sanguinis poculum. Ambros. serm. 6. in Psal. 118. Ego suscitari mihi charitatem cupio, & ad me plus charitas ipsa festinat, ego dixi, veni, illa salit & trāfilit. Ob hominum salutem mortem subiit, quē patientem ita ponderat D. Theodorus studita serm. de Domini supplicio, cogitemus fratres ingens hoc atque ineffabile arcanum, qui animorum consilia reteggit Deus, omneque perspicit humanum cogitatum, hic ille est qui capitis sistitur iudicio, qui præpotenti iussu omnia librat, hic ille est qui in sceleratorum manibus deditur, qui obligatam nubibus vndam, ex æquo tempestive inserit solo, hic ille est, qui colligatus raptatur, qui cœlum palmo, ac terram mensus est pugillo, lanceque montes librauit, hic ille est qui servi pulsatur dextra, qui florum varietate imber ingerit terræ, hic ille est, qui spinis in glorie coronatur, qui in pomario vitalem arborem conseruit, hic ille est, qui in ligno pendet, ò immania & inaudita, quæ

tunc intuitus est Sol, & defecit, & Luna contenebravit. Casarius frater Nazianz. omnia debita primi parentis Christus pro illo subivit, pro illius obedientia abiecta, factus obediens vsque ad Crucem, ille per Evam tētatus comedit, hic tentatus à diabolo non comedit, sed ieiunus fuit quadraginta diebus, ille voluit fieri Deus, hic cū esse Deus pro illo factus est mortalis, ille ex paradiso in hunc locū laboriosum relegatus est, hic pro illo è cœlo dilapsus, illius vitam suscepit, pro luce inaccessibili habitans antrum hulus mundi tenebrosus, pro Angelis circumdatus à bestiis, pro hymnis, & cantilenis cœlestibus audiens calumnias & cōtumelias, Rupert. quam bonus est Unigenitus qui cum in forma Dei esset, propter nos accepit formam servi, atque post gloriam claritatis, quam habuit apud Patrem priusquam mundus fieret saturatus est opprobrijs dans percipienti se maxillam. Paschal. Thren. 3. ostenditur aviditas, desideriorum cum dicitur saturabitur opprobrijs, quia omnis saturitas ex auiditate sumendi nascitur.

Capit lavare. Eo altius extollitur quo sequis magis per humilitatem deprimat. Ambr. epistol. 44. David pretiosus Deo, despectus patri, triumpho nobilis, invidia vilis, ascitus ad regnum

num, electus ad affinitatem, postremo faciem & ora mutatus, exul regni, fugitans parricidij, nunc sua offendicula deplorabat, & rursus aliena removebat, expertus igitur omnia pulchrè dixit, bonum mihi quia humiliasti me. Chrysolog. serm. 22. Lucæ 12. *Nolite timere pax illius grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnū pusillus grex est, qui non de magno minuitur sed crescit de pusillo, pusillus Christi quasi cōnaturale augmentum in regnum.* Ambros. lib. 2. de Spiritu S. ca. 5. *Isaia 9. Et flos de radice eius ascendet.* Opus Spiritus S. flos radicis est, nihil floridum, nihil magnum divinus Spiritus operatur, nisi de radice abscondita & pusilla humilitatis. Chrysost. tom. 1. super ea verba 2. Reg. 7. *quis (dicebat David) ego sum Domine Deus, & quæ domus mea? Ego enim minimus sum in tribu mea, quam suave est ut diceret se minimum in tribu sua, nō erubuit quod erat, ut esset quod non erat.* Basil. Seleucens. orat. 28. Genes. 18, *Loquar ad Dominum meum (dicebat Abraham) cum sim pulvis & cinis,* quando Abraham suo illud sermone protexuit, *sum pulvis & cinis.* tunc naturæ agnitione naturæ terminos est, merito supergressus, tunc crevit cū se conspergit pulvere humilitatis. Basil. Seleucens. oration. 28. Matth. 11. *Confiteor tibi Pater Domine cœli & ter-*



ra, quia abscondisti hac sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis: ideo primates sanctorum dignitatem aliquam supra naturam consecuti, tunc vel maxime humilitatem respiciunt, congressa est igitur aliquando cum Deo creatura, colloquebatur, & oratio vicissim ab utrisque sine honoris discrimine ferebatur, ac cernere erat rem in usitatum, linguam eluto ausam, coelestia loqui, & Deum impigre respondentem homini terreno, hac enim parta ab humilitate lucra homines in altum evehunt, & Deo persuadet verba cum hominibus faciat, & sua mysteria humilibus revelet, humilitas victoriarum mater egregia. Bernard. serm. 2. in cap. 6. Isaia. Philipp. 3. *Salvatorem expectamus, qui reformavit corpus humilitatis nostrae configuratum corpori claritatis eius: Te, si fueris corpus humilitatis reformabit idem artifex, qui formavit, illam si non desipis, praestolaboris manum, ut quod fecit, ipsa reficiat: cur Saul veniam non obtinuit dicens peccavi, 1. Reg. 15. quam obtinuit David dicens peccavi nam Saul scelus inobedientiae spiritu superbiae, parvi pendens, nequaquam pleno corde poenituit, David autem pauca quidem protulit, sed eius viscera divini timoris gladio transfixa, veri luctus amaritudo replevit, cuius cor erat contritum & humiliatum.*

Leo

Leo Magno serm. 2. de Quadrages. Matth. 4. *Dic ut lapides isti panes fiant: cui Christus respondit, non in solo pane vivit homo: cur meminit infirmitatis hominis? cur non magis exerta divinitatis potentia hostem diabolum confundit, faciens ex lapidibus panem? quia hoc magis salutaris dispensationibus congruebat, ut nequissimi hostis astutia non potentia Deitatis, sed humilitatis mysterio vinceretur, totum Christi duellum, & victoria peragitur armis humilitatis, princeps superbiae hac triumphatoris humilitate penitus devastatur. Leo Magn. sermone 3. de Nativit. Matth. 11. *Discite a me quia mitis sum, & humilis corde: formam nobis suae mansuetudinis & humilitatis insinuans, ea nos virtute inbuens qua redemit. Origenes lib. 2. Iob cap. 1. *Tonso capite corruens in terram adoravit, prostratus in terram Iob adoravit, prostratus deiecit diabolum, altum humiliavit, exaltatum humilitate supplantavit, confudit fortem, deformavit elatum, super haec autem omnia formam ostendit eius qui de caelo venit, qui ut granum tritici in terram cadens diabolum deiecit, & fortem alligavit. Chrysolog serm. 16. Matth. 8. *Quid nobis est tibi Iesu Filij Dei? venisti huc ante tempus perdere nos, quid daemones clamaverint, (daemones illi qui sepulchra mortuorum in-****

G 3

colebant

colebant) audian. us, quid nobis & tibi Fili Dei? hoc est dicere, vitæ author, quid tibi cum mortuis: habitator cœli quid tibi cum sepulchris: odor paradisi quid tibi cum fœtore: quos cœlo deiecisti, permitte inhabitare nos, vel sepulchra, & si nos persecutione tanta digni sumus, tu tanta non dignus iniuria es, humilitas erat quod Iesus sepulchralia iustraret, at maluit humilis descensus virtute triumphos de dæmone acquirere pulvis humilitatis refert imaginem Dei, Isaac presbyter lib. de contēptu mūdi, cap. 13. villi pende te ipsum, & videbis gloriam Dei in temetipso, nam vbi cumque humilitas nascitur, ibi gloria oritur Dei, quod si habes humilitatem in corde tuo, ostendet tibi Deus gloriam in corde tuo. Bernard. Cant. 1. Dum esset Rex in accubitu suo nardus mea dedit odorem suum fasciculum meus myrrha dilectus mihi inter vbera mea cōmorabitur; ante incubito regio, modo intersponsæ vbera, magna humilitatis virtus, cui etiam Deitatis maiestas tam facile se inclinat. Leo Magn. serm. 4. de Nativit. Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, formavit igitur Deus hominem de limbo terra, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ. Homo carnis substantiam accepit à terra, & rationali spiritu per insufflationē creantis animatus

matus est, vt ad imaginem sui creatoris virens, formam Dei, bonitatis, ac iustitiæ in splendore imitationis tanquam in speculi nitore, servaret, additus pulvis vt ab illo, vt in speculo divinitatis imago appareat. Franconius de gratia Dei, tom. 2. divinitas in luto tanquam imago in speculo refulget, & lutum in Deum solidatum est.

FERIA II. RESURRECTIONIS.

IESVS appropinquans ibat cum illis. Lucæ 24. Honorat Deus eos qui compatiuntur; Remigius Altiſiodorens. Ionæ 1. c. Tulerunt Ionam, & miserunt in mare, tulerunt, id est, quasi quodam cum honore, & obsequio portantes non præcipitantes miserunt in mare, etenim compatienci Ionæ, & Dominicam Passionem præfiguranti etiam in ipso mortis articulo honor est habitus. Origen. lib. 3. Iob 2. Sederunt cū eo, postquam verò memorati viri amici Iobi venerunt, deferens Iob honorē sinceritati eorum, & honorificavit personas, imitatio mortis Christi eum illicet. Ambros. de Isaac, cap. 6. Cant. 5. Surrexi ad aperirem dilecto meo, manus

mea stillaverunt myrrham; surrexit, inquit, aperire. & opera eius & facta mortificata sunt mundo, talis enim debet esse anima quæ verbū est receptura, vt moriantur mundo, & conspeliatur Christo, sic enim Christus invenitur, & tale quærit hospitium, vbi myrrheus Dominicæ mortis olet pulvis adventat Dominus, & liberum per talem mortis suæ imitationem natus ingressum, ibi hospitandus accedit. Chrysof. de compunctione cordis, lib. 2. Galat. 6. *mibi mundus crucifixus est, & ego mundo;* dixit Paulus, *quia mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* Vides ergo quam longe erat, & quantum peregrinabatur ab ijs quæ aguntur in terris? vides quomodo super terram incedens, ipsum tenebat verticem cœli, nā cœli vertex, & Rex cœli inclinatur ad eos qui mortis Domini induūt imaginem. Chrysofolog. serm. 83. Ioan. 20. *Cum ergo sero esset illo die, vna sabbathorum, & fores essent clausula, vbi erant discipuli congregati propter metum Iudeorum, venit Iesus & stetit in medio eorū;* inquit, *clausi propter metum Iudeorum,* non erat domus illa sed carer, sed sepulchrum, tunc tota ad discipulos pœna Dominicæ Passionis transferat, & non solum lateribus eorum, sed & cordibus, doloris lancea tota figebatur, tunc tristitiæ clavis affixæ manus eorum, pedesque tene-

tenebantur, commemoratio passionis Christi eum allicit vt præfens sit. Gaudentius serm. 2. de manducat. agni Paschal. Loquens de Eucharistia, inquit, verè istud est hæreditarium munus testamenti eius novi, quod vobis ea nocte, qua tradebatur, tanquam pignus suæ præsentix dereliquit, voluit enim animas pretioso sanguine suo sanctificari, per imaginē suæ propriæ passionis, calix Eucharisticus, vt passionis imago traditur à Christo, vt suæ præsentix pignus quo est cōmemoratio effusi pro nobis sanguinis. Bern. hom. 43. in Cant. 1. *Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum, fasciculus myrrha dilectus meus mihi inter vbera mea commorabitur.* Ante in acubito regio, modo inter sponsæ vbera, & qui longe erat, in brevi factus est propè, tu quoque si sapis, imitaberis sponsæ prudentiam, atque hunc myrrhæ, tam charum fasciculum de principatu tui pectoris nec ad horam patieris avelli, amara illa quæ pro te pertulit, semper in memoria retinens, & assidua meditatione revolvens. Cur autem peregrini specie eis apparet? Respondet Haymo in peregrini specie apparet Dominus, vt eorū mentes ad misericordiam revocarer, & eum quem vt Deum non cognoscebant saltem, vt peregrinum amarent. Augustin. serm. 114. Lu

cap. 24. *Mane nobiscum Domine quoniam advesperascit.* Tene hospitem si vis agnoscere salvatorem, quod tolerat infidelitas, reddidit hospitalitas Dominus ergo presentavit se ipsum in fractione panis, discite ubi Dominum queratis, discite ubi habeatis, discite, ubi agnoscat, panem frangimus, & Dominum cognoscimus. Fulgentius ad Gallam, epist. 2. cap. 9. Attende Lazarum in paupertate divitem, in vulneribus sanum, & quidem sine domo, sed non sine Domino, sine veste, sed non sine fide, sine cibo, sed non sine Christo, Christus claret eorum oculis, qui amice intuentur pauperes. Paulinus epist. 12. Ephes. 5. *Surge qui dormis, & illuminabit te Christus,* alij legunt, & attinges Christum. Discute carnalis inertie somnium, à mortuis curis, hoc est à conversatione carnali, erige mentem, & attinges Christum, operando præceptis eius videbis eum in omni egeno, & tanges eum in omni paupere. Christus agens in egenis, vult atissime subveniri. Thom. Genes. 24. *Puella cui ego dixero inclina hydriam tuam ut bibam* (dicebat prudens Abrahamæ servus) & illa respondit bibe, quin & camelis tuis potum dabo, ipsa est quam præparasti servo tuo Isaac. Discreta illa fuit oratio siquidem conditionem posuit rationabiliter indicativam strenue indolis puellæ, ut potest

tè actum promptæ, piæ, & largæ liberalitatis. Casarius Arlatensis hom. 17. hoc ipsum quod Christus in pauperibus esurit, nobis proficit. Augustin. quæst. 14. Iosue 10. *Habitatores Gabaon urbis obsessa miserunt ad Iosue, & dixerunt ei, ne retrahas manus tuas auxilio servorum tuorum, accede cito, & libera nos, ascendit Iosue de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo, ne timeas eos* (dixit Dominus ad Iosue) *in manus enim tuas tradidi illos.* Vbi neque consultus est Dominus, utrum eundem ad eum esset, sed ultro suis rectè sub venire volentibus futuram victoriam pronuntiavit. Bernard. serm. 12. in Cantic. Marci 26. *Maria Magdalena, & Maria Iobi, & Salome emerunt aromata, ut venientes ungerent Iesum, & valde mane una Sabbathorum veniunt ad monumentum ortum iam sole.* Dominus Iesus paratam sibi confectionem expendi noluit in suo corpore mortuo, ut servaret vivo, vivit enim Ecclesia, quæ mäducat panem vivum, qui de cælo descendit, ipsi ergo pretiosa unguenta retinuit, cū anticipans horam, & accelerans gloriam, mulierum devotionem non elusit, sed instruxit, non recusans obsequium, sed reservans proficuum.

Non ne hac oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Aperta cælestia claustra sanguin

guine Christi. Bernard. serm. de vite, collige tibi flores meos sanguineos, vt paradisi illius posis ianuam introire, ante cuius fores Cherubim collocatus est, cum gladio flammeo, & versatili flores ergo sanguinis mei, gladij versatilis flamas horrendas ac tibi formidabiles extrahat. Anselm. Hebr. 10. *Habentes fiduciam in introitus Sanctorum, in sanguine Christi, quem initiavit nobis viam novam, & viventem per velamē, idest carnem suam.* Quam viam, idest quem introitum modo factum viam tritam in patriam ipse initiavit. Cellensis Abb. cap. 15. de panibus, Levit. 4. *Inferet sacerdos qui vnctus est de sanguine eius in tabernaculum testimonij, tincto digito, aspergens septies contra velum.* Ecce agnus anniculus, ecce vitulus sagittatus Iesus, iugulatur, & occiditur, tinge igitur digitum, & asperge septies contra velū sanctuarij, vt sit tibi clavis refectionis coeli. sanguis passionis Domini, non ob firmabunt valvas suas coeli, cum viderint sanguinem ad se levare de visceribus saluatoris, ò quanta reverentia reveretur, imò cedit velum Angelicorum virtutū digito, agni sanguine madefacto, imò procumbens tremit in occursum cruoris Dei, & creatoris sui, festinant referare clausa. Christus à passione maximam gloriam comparavit. Chrysostom. Psalm. 101. *Quia edificavit*

vit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua. Cum Sion extructa fuerit, omnes summum Dominum in pristina gloria conspicient, tum nimirum cum in Apostolorum cætu medio stabit nam tunc in sua gloria, hoc est in passionum signis cernebatur, aiebat enim ad Thomam, infer digitum tuum huc, & vide manus meas, Apostolis apud Sionem congregatis apparuit Iesus, illisque vulnera in passione accepta ostendit, vt è medijs vulneribus splenderet eius gloria. Gregor. homil. 8. in Ezechiel. cap. 2. *Hac visio similitudinis gloriae Domini.* S. Ioan. Evangelista, *hac dixit Isaias, quando vidit gloriam eius.* Quid est quod Propheta Ezechiel describitur vidisse solum similitudinem gloriae Dei, & Ioannes describitur vidisse ipsam Dei gloriam? Sed cum prius Ioannes narravit miracula Iesu, atque in fidelitatem Iudæorum, postmodum subdidit, hanc Redemptoris nostri gloriam prophetam vidisse manifestat, ex cruce vera gloria Saluatoris splendet. Ambrosius Genes. 27. *Ecce odor filij mel, sicut odor agri pleni.* Ager Christi fructificans per pressuras, cuius fructus redolebat Iacob, qui Deum per pericula sequebatur. Gilibert. Abb. serm. 20. in Cant. cap. 3. *Egredimini, & videte filia Sion, Regem Salomonem in diademate.* Egredimini filiae Sion de cavernis



vernis literæ, de angusta & ignobili intelligē-
tia, egredimini, & videte Regem Salomonem
Christum in diademate gloriæ suæ, videte iam
quomodo benedixit coronæ anni benignitatis
suæ, quomodo campi eius repleti sunt vberta-
te, fructus securi comparantur per crucem. Di-
dymus in Catena, scutum & corona crux est.
Origen. in Catena Græca, idem est scutum, &
corona iuxta illud Psalm. 5. *Scuto bonæ volunta-
tis coronasti nos. Ut qui scuto circumdatus est co-
ronetur, & qui coronatur corona crucis sit cir-
cundatus scuto.* Berengosius Abb. Columba
sibi ramum deferebat oliuæ, designans quod
virtutum pennis nullus evolare valet ab imis
ad summa, nisi ramum studeat reportare cum
columba, attinges summitatem cœli si ad gemi-
tus columbæ addas cruciatus ligni Dominici.
August. serm. 120. de temp. Ecce inter signa,
atque virtutes, attestantibus miraculis, & accla-
mantibus, aliquoties in discipulis mens iam ro-
busta titubavit, & nunc Christi supplicij quo-
dammodo contradicentibus in latrone fides
novella convaluit, convaluit novella latronis
fides, ubi auxiliantem nata est crux. Zeno
Veronens. in Psalm. 97. Palmes in scrobem di-
mittitur, vt animatus ibidem nutriatur, auxilia-
re illi necessario iungitur lignum, cuius tutela
defen-

defensus se se sustollat, at ubi adoleverit, in per-
fectam vitam, eius omnes crines luxuriosi ten-
duntur, nodis adstringitur, ne à ligno quo por-
tatur, vel cuius ducatu, in vberes fructus lon-
gius inuitata producitur, vt aliqua separetur,
tunc solemniter plorans, clementer imbre suo-
rorat, statim oculis apertis folia radiata procedunt,
quibus subiecti, ac se se accommodantes,
sequaces fructus arrident, quos solis ardores,
pluvia, ventique exercendo provehunt, ad ma-
turitatemque perducunt. Iesu vera vitis tunc
maxime succûda, & dives cum exaltatus à ter-
ra, Crucis ligno adhibito, Christus illustrior ex-
passione. Chrysolog. serm. 5. de Epiphân. Mat-
thæi 2. *Invenereunt puerum, & Mariam matrem ei-
us, & procidentes adoraverunt eum, & apertis the-
sauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, myr-
rham.* Hodie Magus quem fulgentem quære-
bat stellis, in cunis reperit vagientem, hodie
Magus clarum miratur in pannis, quem diu in
astris patiebatur obscurum, videt enim non sic
lucere in cœlo stellas, Lunam, & Solem, quàm
inter illuxisse carnem contemplatur interris, in-
ter infirma passionis, inter fascias infantia, in-
ter vagitus, & lacrymas clarior apparuit. Psel-
lus apud Theodort. Cant. 4. *Va iam ad montem
myrrha, & ad collem thuris.* In his cruciatus, &
mors



mors Salvatoris designantur, hos enim tu per mortem myrrhæ intellige, at per collem thuris intellige gloriam ipsius, qua Pater de super eum, & solum illustravit, thus non excedit collis altitudinem, & si per thuris suffitum gloriæ divinitatis ostendantur, cæterum per myrrhâ monstratur montis altitudo, per quam passionis infirmitas ostenditur, quasi passio referat Dominum altiorem, & sublimiorem. Nazianzen. Stola corporis passio pulchritudinem ex adverso profer quod per passionem exornatû, & per divinitatem qua nihil pulchrius est illustratum. Nicetas, formosa est stola, hoc est per ipsum corpus ob passionem, per quam glorificata est, partim ob divinitatem per quâ illustra est. Tertulian. lib. de carne Christi, sceleratissime hominum (Marcio) interemptores excusas Dei, nihil enim ab eis passus est Christus, si nihil vitæ passus est, parce vnicæ spei totius orbis, qui destruis necessarium decus fidei.

Quoniam advesperascit. Iesum tene, nec dimittas eum, præsertim cura ut tibi ad sit in fine vitæ. Rupert. lib. 9. Genes. Irruit (cap. 49.) super collum eius (Iosephi) & inter amplexus flevit, dixitq; Iacob ad Ioseph, iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. Quando christiane

stiane defungeris, dic vnicò Dei Patris Filio, salvatori tuo, iam lætus moriar, quia vidi faciẽ tuam, & superstitem te relinquo, videmus enim nunc per speculum in ægnimate, & in hora, qua quisque nostrum moritur, superstitem illum relinquimus, qui solus, depositis nostris corporibus, & de animabus curare sit idoneus. Orig. homil. 15. Lucæ 2. *Accipit (Simeon) eum (Iesum) in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit, nunc dimittis servum tuum Domine.* Si quis egreditur de mundo, si quis de carcere victorum dimittitur, ut ad regnandum vadat, sumat Iesum manus suis, & circundet eum brachijs suis, totum eum habeat in sinu, & tunc securus ire poterit quo desiderat. Philo Carpatius, Cant. 1. *Lectulus noster floridus.* Accubatio nostra in umbra, cum enim inclinamur ad mortem, ad te Iesu, solum refugium nostrum, & protectio, tu nostra umbra, tu defensio, tu certa salus & vita, dicamus cum David, etsi constitero in medio umbræ mortis non timebo mala, quoniam tu mecum es. Iesum tene, qui pro vno solo impederet, quod pro omnibus. Euseb. apud Damascen. lib. Paralelor. Marci 16. *Ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis.* Te Petre, quem admisi peccati poenituit, cum reliquis omnibus in conspectum meum

H prodire

prodire non verearis, ob eam causam nonaginta novem oves reliquit, atque ad unam cucurrit. Tertulian. lib. de Pat. Erroneam ovem patientia pastoris requirit, & invenit: nam impatientia facile unam contemneret. Zeno Veronens. serm. 8. de somnio Jacob. Scala proprio nomine crux vocatur, quia per ipsam Dominus Iesus ministeria universa conficiens, Patri, & Adā reportavit, & iter ad cælum omnibus sequentibus se patefecit. Disce ex hoc prospicere singulis subditis. Synesius lib. de regno ad Arcadium Imperator. tibi verò consentaneum imprimis est ut quem semel accepisti ordinem, nunquam deferas, neque ei nominis affinitatem pudendam facias, sed ad eius imitationem te conferas, civitatesque non solum omnibonorum genere cumules, sed etiam felicitatem, quantum potes, in unumquemque subditorum effundas abiura secularia negotia si vis Iesum tenere, cuius conspectus abiurat ipsa. P. Hiero. de vera circumcis. Luc. 2. *Nunc dimittis servum tuum in pace, quia viderunt oculi mei salutare tuum.* Forma est utique, quod qui Christum videt, iam sit seculo moriturus. Tytus in Cat. Lucæ 19. *Quærebat videre Iesum quis esset.* Quærebat videre Iesum, ut potè qui nunquam eum viderat, quasi vidisset, iam se recepisset à nequitia publi-

publicana. si quis enim Iesum videt non potest nequitij immorari Pater Hieronym. epistola 152. Thesal. cap. 4. *Nos qui vivimus, qui residui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obviam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus.* Si quis rapitur ad Christum ascendit super nubes legis, & Evangelij, occurrit non deorsum, sed in are, spirituali intelligentia scripturarum, occurrens autem in spiritualibus, & terrena dimittens, sive ille sit dormiens, sive in Christo mortuus, sive vivens, & in illius presentia reservatus semper cum illo erit. Ambros. lib. de Isaac cap. 5. Cantic. 3, iuxta 70. *Quæram in civitate, in foro, in plateis.* Fortasse idè sponsa non invenit sponsum adhuc, quia in foro quæsit, ubi lites sunt, in plateis, ubi nundina. Guarrius Abb. serm. 1. de Adventu. Osee 11. *Pendebit populus meus ad reditum meum:* pulchre omnino, & proprie pendebit, tanquam inter cælum & terram, ut licet adhuc apphendere cœlestia non valeat, non velit tamē tãgere terrena. Leo serm. 1. de Resurrect. 1. Cor. 5. *Itaque ex hoc neminem novimus secundum carnem:* non ergo nos rerum temporalium occupent species, nec ad se contemplationem nostram à cœlestibus terrena deflectant pro trãfactis habeantur, quæ ex maxima parte iam non sunt, & mens intèta

mansuris, ibi deliderium suum figat, vbi quod offertur æternum est si tenes Iesum, potentissimus eris. Ambros. lib. 1. de offic. cap. 16. hæc vera fortitudo est, quam habet Christi athleta, qui nisi legitime certaverit, non coronabitur, quod præceptum non dat, nisi qui est confortatus in Christo, cuius caro requiem non habebat, afflictio vndique, foris pugnae, intus timores, & quamvis in periculis, in laboribus plurimis, in carceribus, in morte positus, animo tamè non frangebatur, sed præliabatur: adeò vt potètiore suis fieret infirmitatibus, aspiciendus Iesus in omnibus. Nysen. lib. de forma perfecti Christiani, Rom. 14. *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Vt quidquid non est ex fide, Paulus peccatum dicit, ita nos eodè modo cogitantes plane possumus affirmare, quæcunque nõ respiciunt Christum, seu verba, seu opera sint, sive cogitationes, omnia illa ad id spectare, quod Christo contrarium est, qui enim extra lucè, & vitã est; is in tenebris prorsus, & morte non esse nõ potest. Cõcil. Arausican. canone 22. nemo habet de suo nisi mendacium, & peccatum, si quis autem habet homo veritatem, atque iustitiam, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, vt ex eo quasi guttis irrorati non deficiamus in via.

FERIÆ

FERIÆ ALIQUOT
quartæ Quadrages.



ERIA quarta Cinerum. *Quia pulvis es* Mortis meditatio ad vitam fideliter ducit. Eusebius Gallicanus, homil. 1. de Epiphan. per salutiferas gradimur vias, quando anima damnatis voluptatibus, id potius cogitat, quando se positura sit tabernaculum sui corporis. Origen. homil. 7. in Exod. 14. *Liberavit Dominus in die illa Israel de manu Ægyptiorum, & viderunt Ægyptios mortuos super litus maris.* O populus ingratus desiderat Ægyptum, qui Ægyptios vidit extinctos, carnes Ægypti requirit, qui Ægyptiorum carnes vidit maris piscibus, & cœli alitibus datas, desperata eorum conditio, qui non emendantur visa morte, si quidem mortis meditatio ducit ad vitã. Græcus in Cat. Lippom. Exod. 13. *Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum:* præterea quod Iudæi vt potè infantibus similes aurum, & argentum detulerunt, Moyses vero intemerati animi vir Iosephi ossa deportavit, vt mortui cinere comite pergeret securus,

H 3

finem

Catena sacra,

finem mundi alium bonorum meditare, & glorias
 humanas contēne. Basil. in Cat. Gen. 1. *Factū est*
vespere, & mane dies unus: prius meminit vespere
 Moyses, quia narrans primo diei mundi pul-
 chritudinem, eius imprimis finem ostendat
 ne pulchritudo noceat, considerato fine, & fu-
 gacitate eius, vt igitur primas diei Moyses par-
 tes reddat, finem diei prius memorat. Chrysol.
 homil. de Davide, & Saule, 1. Reg. 25. *Et David*
inuenit Saulem iacentem, & dormientem in tentorio,
& hastam fixam in terra ad caput eius. David intui-
 tus inimici dormientis faciem, hinc maxime
 sumpsit animum philosophandi, cum enim vi-
 deret illū manere immobilē, neque quidquam
 posse facere, sic locutus est David, vbi nūc ille
 furor? vbi tot technæ: tot insidiæ? abierunt om-
 nia illa, perieruntq; exigui somni incurfu. cō-
 spiciebat illum dormientem, & de morte omni-
 bus communi philosophabatur, confuge ad ter-
 renæ originis considerationem, vt remedium
 præstantissimum inuenias. Andreas Cæsa-
 rienf. Apocal. 12. *Et misit serpens ex ore suo post mu-*
lierem aquam tanquam flumen, vt eam faceret trahi
à flumine, & adiuuit terra mulierem, & aperuit ter-
ra os suum, & absorbit flumen. A terra, inquit, iu-
 vit illam, iuuit autem Sanctorum summisione
 qui rectè verè que dicere solent, *ego sum terra &*
cinis,

In Aliquōt Euangeliā.

cinis, omnes superbi diaboli vires enervans, ni-
hil enim diaboli vires ita frangit, vt humilitas.
 Eusebius Gallicanus. quælibet tribulatio ita ab
 humilitate mitigatur, ac vincitur, sicut in pla-
 nis littoribus, sine aliquo fragore vnda consu-
 mitur. Chrysol. in Catena Græca, Iob 1. *Tunc*
surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite
irruit in terram, nudus egressus sum de utero matris
meæ. Non qualemunque ortum recogitavit,
 sed illud opificium, quo ab utero terræ, & limi
 primi parente coagmentatus est, vt sic terræ æ-
 quatus, & nuditatis ac vilitatis memor supera-
 ret incurfus diaboli, & victoriam de maligno
 hoste reportaret securus. Matth. 9. *Faciem tuā*
lava, qua aqua? pulvere humilitatis. S. Isaac
 villi pende te ipsum, & videbis gloriam Dei in
 temetipso, vbi cunque humilitas nascitur, ibi
 gloria oritur Dei, quod si habes humilitatem
 in corde tuo, ostēdet tibi Deus gloriam in cor-
 de suo. Bernard. serm. 43. Cant. *Dum esset Rex in*
accubitu suo, nardus meæ dedit odorem suum, fasci-
culus myrrha dilectus meus mihi inter vbera meā cō-
morabatur. Ante in accubitu regio, modo inter
 sponsæ vbera, magna humilitatis virtus, cui
 Dei maiestas tam facile se inclinat, ex pulvere
 humilitatis illustrantur virtutes. Urbanus 4.
 Pont. Maxim. in Psalm. 50. Matth. 11. *Discite*



me quia mitis sum, & humilis corde. O humilis celsitudo, quam verè si voluisses, potuisses dicere, discite à me fabricare auroram & solem, sive discite à me quatruiduanos mortuos suscitare? Sed quia potentior est solidissima humilitas, quam ventosissima sublimitas, id circo potius dicere voluisti: discite à me quia humilis sum corde. Chrysost. homil. 2. de David, 2. Reg. 7. *Quis sum ego Domine, & quæ domus mea? Quam dulce in auditione veræ cōfessionis, vt diceret se minimum in tribu sua, non erubuit quod erat, vt esset quod non erat. Gregor. lib. 5. in Iob, cap. 10. 2. Reg. 6. Viliior fiam (dicebam David) plusquam factus sum, coram Deo egit David debilia, vel extrema, vt ex illa humilitate solidaret, quæ cum hominibus gesserat fortia, pœnitentiæ aquis lava, cui debetur, & baptismo, quod cœlum gentes peccatrices capiat. Arnobius, Psalm. 103. *Extendens cœlum sicut pellem, qui tegis aquis superiora eius.* Christus est, qui extendit cœlum sicut pellem, & tantum ipsum extendit, vt & meretrices, & publicanos capiat, qui non capiebat nisi immaculatos spiritus, & quia quando tenditur pellis, super ipsam aqua spargitur, ita hic tensurus cœlum sicut pellem texit in aquis superiora eius, non enim poterant tendi, & vsque ad peccatores attingere nisi aqua*

aqua baptismi, & pœnitentiæ tegerentur. Basil. Seleucensis, orat. 17. Psalm. 6. *Lavabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo* 2. Reg. 12. & dixit David ad Nathã peccavi Domino, dixitque Nathã ad David, *Domine nus quoque transfudit peccatum tuum.* Convertit cum culpæ confessione absolutio pœnæ, sic doctus David, & accepta per cōfessionem gratia non quieuit, sed quod pœnitentiæ studio capisserverat, modicus tenuit, medicamentum ne quidem post curationē abiicit, at flens per omnem vitam clamabat per singulas noctes lectum meum. Ephrem, de Pœnit. toto corde debet respiciens pœnitentiam agere, semperque eundem se se exhibere, vt in cæperat, nam si defecerit iudicium imperfectæ conversationis præbet. Basil. Seleucens. orat. 12. Ninivitarum soluto in os edito decreto, pœnitentiam salutis sociam non reliquerunt.

FERIA IV. Dom. 1. Quadrag. *Generatio prava* Mat. 12. exhorret Deus præsumptionē, Augustin. q. 112. Psalm. 28. *Attolite portas Principes vestras, & introibit Rex gloria: tollendas dicit fallaces portas diaboli subtilitate compositas, quæ sunt præsumptio, vt intro eat Rex gloria qui est Christus, Anastasius Nizenus q. 38. Exod. 28. in primo versu erit lapis Sardiis, in*



pectorali summi Pontificis primus lapis poni iussus est Sardius, qui est appellatus Babylo-
 nius, & est igneus & sanguineus, nascitur in terra Babylonis apud Assyrios, est perspicuus & vim habet medendi eo vtuntur medici ad tumores tollendos in pectorali Principis ponitur Sardius, qui tumores tollat, accessus Christi tumores tollit, & inflationes cordis. Diabolus tumorem suggerit, Chrysoftom. Genes. 3. Dixit q̄, serpens ad mulierem, nequaquam moriemini, scit enim Deus, quod in quocumq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum & malum, vidit igitur mulier. Vidisti, quomodo illam diabolus captivam duxit, quo modo inflata spe vana, ab his quoque, quæ ipsi concessa erant excideret, adultera: adulterium detestabile peccatum. Basil. Seleucens. orat. 18. Matth. cap. 6. Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere propter Herodiadem uxorem Phillippi fratris sui, quia duxerat eam uxorem. Herodiadis tripudium novis hodie invulgat Evangeliorum vox, & athæam mulierem illarum publicitus pandit infania, rabies adulterarum quasi athæa infania. Origen. hom. 15. in Gen. Rom. 7. Ego autem carnalis sum, venundatus sub peccato. Rectè quidem dicitur redemisse nos Christum, qui pretium nostri sanguinem suum dedit

dedit, quid tale autem, vt nos mercaretur diabolus dedit? Ergo si videtur, ausculta, adulterium pecunia diaboli est, diaboli enim in eo imago est, & superscriptio, commisit adulterium, accepisti diaboli numisma. Basil. Seleucens. orat. 41. 1. Corinth. 7. Si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum. Matth. 5. Si quis dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam machari: tam enim facinus adulterij Deo videtur detestabile, vt si vxor ab idolatra, illo invito distrahatur puniat eam Deus, non si a scortatore. Basil. Seleucens. orat. 41. 1. Corinth. 7. Sanctificatur vir in fidelis per mulierem fidelem, ex his collige, quantum hoc malum adulterij alia excedat, quæ enim cum infideli habitat non est immunda: sanctificatur enim vir infidelis per mulierem fidelem, de meretricibus autem non ita res habet, qui enim ait, tollens membrum Christi, faciam illud membrum meretricis: ibi enim sanctimonia manet, neque ob contubernium, mutuamque consuetudinem excidit: hic autem recidit, dirum proinde execrandumque malum est adulterium. Basil. Seleucens. orat. 41. quare hortor vos adulterij morbo liberetis, sin id minus vultis, templorum adyta ne ineatis, nam & coopertæ scabie oves non sunt cum sanis congregabiles, sed
 agrege



agregé abigendæ, dum morbū deponant, Christi enim membra sumus, ne ergo membra meretricis simus, non est hic locus lupanar, sed Ecclesia, quod si meretricis mēbra habeas, in Ecclesia ne steteris, ne locum ipsum contamina-
veris: nisi signum Iona; signum Iesu passi, per opera ingentia mortificationis vera salus acquirēda; Cellens. lib. de panib. cap. 15. Lucæ 16. *Pater Abraham mitte Lazarum, ut intingat extremū digiti sui in aqua, ut refrigeret linguam meam.* Parum per petijt, & ideo forte nō impetravit, parum petijt, quia non in aqua, sed in sanguine flama infernalis extinguitur, non enim lævi, & momentanea compunctiōe gravis culpa detergitur, sed eo vsq; penetrare debet vis doloris, quousque penetravit iniquitas, plenam manum sanguinem redemptoris, non extremum digitum in aqua tinctum exposcat conscientia de gravibus confitentis, tingat digitum in locum clavorum, & mittat manum suam in latus Salvatoris, ut sicut animam suam pro nobis posuit moriendo, sic nos conscientiam exponamus confitendo & pœnitendo. Rupert. lib. 2. de oper. Spir. S. cap. 1. 1. Ioan. epist. cap. 5. *hic est (Iesus) qui venit per aquam & sanguinem, non in aqua solum, sed in aqua & sanguine: quæ de latere Iesu fluxit aqua, lavit nos, sed de socio*
fan.

sanguine aqua hanc virtutem obtinuit, ut posset lavare nos, nam sine sanguine aqua prodesse non poterat, vanus est, qui aqua solum inveteratus cupit peccatorum abstergere maculas addat sanguinem, nempè asperitatem vitæ, carnis macerationem, & ita in sanguine agni de alio habit stolam suam, signum Iesu crucifixi efficax ad persuadendum salutem. Chrysost. sermone de latrone, non illo tempore Christus mortuum aliquē reddidit luci, nec mare à suo tumore cōpescuit, nec expulit dæmones, sed Cruce suspensus, clavis affixus, omnibus subiugatus, de decoris succumbens infamix, insultatium derisione delusus, latronis aversam mentem valuit commutare, ut ex omni parte divinitas sentiretur, signum Iesu sepulti inimicas potestates devastat. Epiph. Psalm. 23. *Attollite portas Principes vestras, non quasi Dominus qui hic præsto est, clausis ianuis, velit, ingredi nō valeat, verum qui vobis fugitivis servis æternarum portarum sublationem, & comminationē imperare mavult, quam per se ipsum eas aperire.*

FERIA IV. Dom. 2. Quadrag. Tradetur principibus Sacerdotū, & tradent eū gentibus: Mat. 20. vir princeps nūquā in culpam nec in pœnam solus abit. Chrysost. hom. 32. Genes. 12.

Flagellavit autem Deus Pharaonem plagis maximis, & domum eius propter Sarai uxorem Abraham: & ubi hoc iustum propter regem alios puniri non propter illum solum poenam sustinuerant, sed verisimile est eos cooperatos fuisse, ut aliquando committeretur iniquitas, audisti enim supra, quia ut viderunt Saram Principes Pharonis, laudaverunt, & introduxerunt eam in domum eius, vidisti eos lenonis agere officium in regis gratiam, qua propter non ipse solus, sed & omnes qui adhærebant, fuerunt participes poenæ. Caietan. apud Lippoman. Gen. 24. Irruerunt super occisos ceteri filij Iacob, & depulati sunt urbem, in Hebr. & de pradati sunt urbem quæ violaverunt sororem eorum; ex numero plurali, violaverunt: manifestat Moses, quod quamvis Sichem solus stupraverit Dinam, non tamen solus fuit culpabilis, sed multitudo adiuvit eum, Principis error multos secum traxit in culpam, & poenam. Bernard. epistol. 127. si quis de populo deviat solus perijt, verum Principis error involuit multos tradetur: vtilissima malorum præmeditatio. Tertulian. ad Scapulam, cap. 1. nos quidem nec expavescimus, neque pertimescimus ea, quæ ab ignorantibus patimur, cum ad hanc festam, utique suscepta conditione pacti eius venerimus, ut etiam ani-

mas

mas nostras auctorati, in has pugnas accedamus, ea quæ Deus promisit consequi optâtes, ea quæ diversa vitæ comminantur, pati mentes, qui præmeditatus accedit, intrepidus profilit in arenam, ad flagellandum: flagella in Iesu ostendunt eius charitatem. Laurentius Iustinian. lib. de ligno vitæ, cap. 4. O charitas, quæ magnum, est vinculum tuum, quo Deus ligari potuit, nullum vinculum, Filium Dei ad columnam tenere posset, si charitatis vinculum defuisset, hæc flagella diabolum interimunt. Athanas. de Pass. immortalis mortem intendens demon, ipse in mortem rapiebatur, & quod pessimum erat à suis ipsius membris, hoc mali illi infligebatur, quod verisutissimo illi in summum vituperium celsit, omnino enim si à Domino vapulasset, gloriari poterat, nunc ab illis percuti, quos in servitutem redegerat, in omne dedecus, probrumque transcendit, Christus rex salutat in Passione ut deduceret in ludibrium omnes glorias mundiales, Laurent. Iustinian. de triumph. Christi agone, cap. 14. hoc indicavit mediator, qui illud voluit, sicut in corona spinea, ita & in sceptro arundineo, merito terrena dignitas arundini comparatur, quæ exterius splendet, & tamen in fructuosa, intusque inanis est & vacua, quis in aspectu primo, potentum



tentum sæculi nõ appeteret factum? quicquid in ipso est, arridere, & virescere creditur, accede autem proprius, diligenter cõsidera, quantis intus agitetur curis, quale etiam foris præferat germen, utique in utile, & cito periturum: non est meum dare vobis: discant Dei amatores fideles, non sibi solis Deum attribuere, sed eo ipso quod se in Dei amorem currere videant, erudat cæteros omnes præcucurrisse, & Dei frui sicque Deum quærant, quasi bonum cunctis notissimum Athanas. serm. de Pass. & Cruce. Hier. 31. & non docebit quisquam fratrem suum, dicens, cognosce Deum, quia omnes me cognoscent à minimo vsque ad maximum, quod misericors sim in causis eorum. Cyrill. Alexand. lib. 1. Isaia 6. *Clamabantq; alter ad alterum, Sanctus, Sanctus, Sanctus: Vnusquisque Cherubim alteri dabat locum acclamandi maiestatem divinam, os eorum plenum est faustis acclamationibus, gloriam enim Dei decantant, idque alternis vicibus, nõ quia defatigantur, sed honore sibi mutuo cedunt, in Deo laudando admittunt socios, ne sibi soli quisque videatur sanctitatem cupire. Bernard. serm. 7. in Cant. 1. *Osculetur me osculo oris sui: gestit in oscula spõsa, petit quod cupit, non tamen nominat quæ amat, quia illos eum nosse non dubitat, sic &**

Maria

Maria Magdalene non exprimebat ex nomine quem quæreret, sed tantum aiebat ei, quem putabat hortulanum? Domine, si tu sustulisti eum? quem eum? non aperit, quia planum omnibus esse credit, quod à corde suo, nec ad momentum potest recedere. Eucher. 4. Reg. 17. *Ego relictus sum solus* (dicebat Elias orans, cui Deus sugillans ostendit myriades sanctorum à quibus colebatur) & *querunt animam meam: hæc cogitatio, quæ tantum Prophetam de ipso deiecit fastigio meritorum, & communem hominem demonstravit, deinde mox eum corripit sermo divinus, neque enim (inquit Deus) tu, ò Elia, es tantum, qui non adoraveris Baal, sunt mihi fideles famuli, & septem millia viro- rum, electissima virtus, quam nec error humanus inclinare, nec inanis gloriæ cogitatio potuit elevare. Deus proficuus vniuersitati, non vni populo, omnibus salutaris. Hilar. Math. 5. *Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, nõ potest civitas abscondi supra montem posita: Synagoga dignè Dominus modio cõparat, quæ susceptos fructus intra se tantum receptos certum modum dimensæ observantiæ continebat, civitatem, carnem quam assumpserat nuncupat, quia ut civitas ex varietate ac multitudine civium consistit cohabitantium, ita in eo per na-**

I

turam

turam suscepti corporis, quædam vniversi generis humani congregatio continetur. Bern. serm. de nativ. Virg. Cant. 2. *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui nascitur inter lilia.* Et si iustus germinat sicut lilium, sed ad lilium sp̄sus patitur, ne in singularitate placeat sibi.

FERIA IV. Domin. 3. Quadrag. *Quare discipuli tui transgredimur traditiones.* Matth. 15. non vitia, sed virtutes proximorum inspiciendæ. Isidorus Pelusiota lib. 2. epist. 88. Matthæi 26. *Ut quid perditio hæc? potuit enim istud unguentum venundari, & dari pauperibus: quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.* Quoniam mulier oleum effundere antevertit, absurdissimum esse divina sapientia Christi iudicavit, ipse fides obtere, atque ipse patrociniū suscepit ijs verbis, *bonum opus fecit, non enim dixit bonum opus factum est, sed fecit, nec enim ipsum facinus privatim expendit, verum vna cum mulieris persona.* Origen. hom. 24. in Matth. 25. *Tunc dicet Rex his, qui à dextris eius erunt, venite benedicti Patris mei, percipite paratum vobis regnum à constitutione mundi, estis rivi enim, & dedistis mihi manducare, sitivi, & dedistis mihi bibere, hospes enim, & collegistis me, nudus & operuistis me, infirmus, & visitastis me, in carcere eram, & venistis ad me, & ijs qui à sinistris dicet, hospes*

pes eram, & non collegistis me, infirmus eram, & in carcere, & non visitastis me. Iustus quidem de infirmitate dicit, infirmus fui, & visitastis me, se paratim autem de carcere, in carcere fui, & venistis ad me, ad iniustos autem præcidents & compendians narrationem, subvnavit vtrumque, dicens, infirmus fui, & in carcere, & non visitastis me, quoniam misericordia iudicis erat benefacta hominum largius prædicare, & ampliare, malefacta autem eorum transitorie memorare, & brevare, rex largus in ponderandis beneficijs sibi præstitis, brevis in recedendis malis impiorum operibus, si accedis ad Deum semper invenies, quid in te purges, quasi nunquam ablueris tuas sordes. Nazian. in Apologetico ad patrem, Isaïæ 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum, va mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum: Isaïas priusquam videret gloriam Domini, ac thronum excelsum, & elevatum, ad populum clamabat Israeliticum, sibi ipsi autem parcat, & indulget, tanquam minimè reus, postquam autem visum vidit, vocemque audivit sanctam, tanquam sibi magis cōsciens, ve mihi misero, inquit, quia tacui.* Gregor. Nyssen. hom. 12. in Cant. 5. *Expoliavi me tunica mea, quomodo induar illa (dicebat sponsa) invenerunt me custodes, qui circumveniunt e-*

vitatem, percusserunt me, & vulneraverunt me, tulerunt pallium meum mihi. Quomodo ergo nudata vestimentis omnibus, pallium adhuc habet, quod & nunc custodes civitatis adimunt? ea quæ iam antea tunicam veterem exuerat, & ab omni pallio immunis erat, vsque adeo se ipsa fit purior, vt ad priora comparata hac recenti puritate, non exuisse ante hac pallium videatur, sed rursus invenisse post nudationem illam, quod deponat, sic adscensus ad sublimitatem illam divinam, semper aliquid ostendit rei crassæ, præter id quod quovis tempore deprehenditur: *populus hic labijs me honorat*: Princeps attendat non verba, sed vestigia ministrorum. Cyprian. lib. 2. epist. 2. Ezechiel 8. *Filium hominis* (ait Deus) *sode parietem, & cum sodissem parietem, apparuit ostium unum, & dixit à me, ingredi & vide abominationes istas pessimas, quas isti faciunt.* O si possis oculos tuos inferere secretis, recludere cubiculorū obductas fores, & ad conscientiam luminum penetralia occulta respicere, aspicias ab impudicis fieri, quod neque aspicere possit frons pudica, videas quod crimen sit & videre, videas quod vitiorum furore dementes gelsisse se negant, & gerere festinant, fiunt quæ nec ipsis, nec illis possunt placere, qui faciunt, ijdem in publico accusatores, in ocul-

to rei, in semetipfos censores pariter & nocentes, damnant foris quod intus operantur, quorum quo secretior culpa, maior audacia. Chrysostr. in Iob 29. *causam quam nesciebam diligentissime investigabam*: Prævertens lustrabat omnia, eos quærens qui læsi essent multa diligentia. Sidonius Apollinar. lib. 5. ep. 7. indagavimus, qui germani tui, & novi principis amicitias criminaretur, si tamen fidam sodalium sagacitatē clandestina delatorum nō fefellerent vestigia, hi sunt quos hæc peculiariter provincia manet inferre calumnias, deferre personas, afferre minas, auferre substantias, quorum si nares afflaverit vsquam rubiginosi aura marsupij, cōfestim videbis illis, & oculos Argi, & manus Biarai, & Sphingarum vngues, & periuria Lac medontis, & Vlysis argutias, & Sinon fallacias adhiberi, his moribus obruunt virum nō minus pietate, quàm potestate præstantem, ad quorum consilia Phalaris cruentior, Mida cupidior, Tarquinius superior, Nero impurior, Domitianus truculentior redderetur. Pharisæi cæci, bona temporalia exæcant mentem: Ambros. de Nabuthæ, cap. 4. Lucæ 12. *Stulte hæc nocte repetent animam tuam: nocte anima avari repositur, quæ à tenebris incipit, & in tenebris perseverat, avaro semper nox est.* Drogo



Hostiens. lib. de Sacram. Pass. Matth. 27. *Retulit triginta argenteos, & proiecit in templo, & abiens laqueo se suspendit: ecce infelix qualiter excaecatus est, maluit se ipsum perdere, quã denarios perire, denarios templo, se ipsum laqueo addidit.* Chrysolog. serm. 124. immutatio quantarum rerum, pauperem Lazarum provexit ad philosophiam, paupertas, divites extulit purpura ad superbiam, ad cæcitatem splendor quo descendit dives? quo pauper ascendit? respicit ibi sursum, quem despexit hic deorsum, & videt eum de inferno, in sinu Abrahamæ, quem iacentem coram se superbo de sigmate non videbat.

FERIA IV. Domin. 4. Quadrag. *Linivit super oculos eius.* Ioan. 9. *Inspice lutum in quod desines.* Cyrill. Alexandr. lib. 3. in Isai. tom. 4. cap. 38. *Isaiã 38. Ego adiciam (ægotanti Ezechia) addita fuit illi à Deo temporalis vita) super dies tuos quindecim annos: terminos vitæ adiecit & designat, vt finem intuens, & se prorsus, penitusque moriturum sentiens, morbum superbiæ non sinat in animum introum, ubi vitæ terminus ob oculos versatur, intercluditur aditus vitiosis cupiditatibus.* Damascen. orat. de Transfig. Marc. 6. *Quem ego decollavi: dicebat Herodes audiens & miratus miracula Iesu)*

su) Ioannem, hic à mortuis surrexit: Matth. 14. An dixit Herodes famam Iesu, & ait, hic est Ioannes Baptista, ipse surrexit à mortuis, & idè virtutes operantur in eo: cur illas virtutes putavit à mortuo magis, quam à vivo fieri potuisse? quia censuit tantam vim esse in mortis conspectu, vt à mortis falce non nisi ad novas & inauditas virtutes ascendi posse putavit, nam quia tatum miraculorum abyssum prospiciebat, vnum aliquem ex veteribus Prophetis esse suspicabatur, quia morte ad vitam redissent, atque hinc effici vt tantam gratiam consequeretur, non enim à mortis conspectu itur nisi ad magnam gratiam. Drogo Hostiensis serm. de Pass. Deut. 34. *Mortuus est ibi Moyses servus Domini, in terra Moab, iubente Deo, & sepelivit eum in valle terra Moab contra Phogor, & nõ cognovit homo sepulchrũ eius vsque in presentem diem, nulli hominum datum fuit videre sepulchrũ Moyfis, videre Moyfis finem, & inde nata tanta Iudæorum cæcitas circa Moysen, 2. Corin. 3. vsque in hodiernum cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum: Propterea vsque hodie, dũ legitur Moyses, velatam habent faciẽ, quia ab homine mortali sepulchrum eius non invenitur, in Iudæo cæcitas, quia illi non ostèditur sepulchrum & finis Moyfis, qui si ostèderetur nullum signo-*

rantia velamen in eis esset. Chrysol. ferm. 175
 Marci 8. *video homines ambulantes sicut arbores, &*
quare vidit sicut arbores, non ut columnas, ne-
que stantes, sed ambulantes, quia post curam,
 Christi viderat, quod homines velut arbores
 transirent in hoc sæculo, non manerent, hoc
 nobis proponit Deus ut inspiciamus rerū om-
 nium fluxum. Severianus in Cat. Græca Gen.
 2. *Plantaverat Deus paradysum voluptatis à princi-*
pio, in quo posuit hominem quem formaverat, Hebr.
& plantavit Deus paradysum in Edem ad Orientem,
& posuit ibi hominem, quem finxit. Deus hominē
 ibi primum habitare voluit, vnde principium
 lucis exoriretur, nam quemadmodum sydera
 ab ortu tendentia ad occasum rursus apparent
 sic & hominem oportebat ad vitam properare
 ad mortem, & occidere, in Oriente est con-
 stitutus, ut notet vias splendoris creati in occa-
 sum ire, & ductus syderum cursu videat suum
 finem. *Quando lutum fecit Iesus, & aperuit oculos*
eius: nulla lingua nisi Angelica valet tautū no-
 men Iesus prius inferre in mundum, vnde Ie-
 su nomen amat nominari à limpidissimis. Ori-
 gen. hom. 14. Lucæ 2. *Et vocatum est nomen eius*
Iesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquā in ute-
ro conciperetur. Vocabulum Iesu gloriosum, om-
ni adoratu, cultuque dignum, non debuit, à pa-
 rentibus

rentibus, aut ab alio homine appellari, neque
 ab eis afferri in mundum, sed ab excellentiori,
 maioriq̄ natura Angelica. Pafthasius, lib. 1.
 in Matth. 1. *Christi autem generatio sic erat, cur nō*
dixit, Iesu generatio, sed Christi generatio?
 quia humilis Evangelista reservavit tantū no-
 men Iesu pronūtiandum Angelo, Christi no-
 men solum sine additamento Iesu hic posuisse
 creditur, ut eum intelligeres, de quo Propheta
 dixerit: *Vixit te Deus tuus oleo lartia præ conforti-*
bus tuis, & nomen Iesu, quod subit antialiter, il-
li inerat, Angelo dicendum reservaret. Cyril.
 Alexandrin. lib. 5. de Trinitat. Isaia 62. *Et vo-*
cabitur nomen novum, quod os Domini nominavit.
 Nomen enim novum in verbo, Iesus, concu-
 rens cum carnis nativitate, & propheticū ora-
 culum iterum ad stipulatur, cum dicit: *Et voca-*
bunt nomen eius novum, hoc quod Dominus nomina-
vit, non ne, ò amice, Gabriel Virgini volunta-
tem Dei, ac Patris conspicuam fecit, dicens:
Ne timeas Maria, ecce enim concipies in utero, & pa-
ries Filium, & vocabis nomen eius Iesus. Nomen
 Iesu celebrandum omnibus linguis, proficiū
 omnibus hominibus. Bernard. ser. 1. Ephipha.
 vnum est in quo conveniūt Apostolus, & An-
 gelus, qui de Christi nativitate loquuntur, id
 est in nomine Salvatoris, ad Mariam quippē

tanquam plenius edoctam Gabriel loquens in
dicat nomen solum, inquit, *Et vocabis nomen
eius Iesum*, ad Ioseph veniens Angelus, non so-
lum nomen protulit, sed & causam eius inter-
pretatus est, dicens: *Et vocabis nomen eius Iesum,
ipse enim salvum faciet populum suum*: pastoribus
quoque annunciat gaudium magnum, natū
illis salvatorem Christum Dominum, simile
aliquid Paulus loquitur Tit. 3. *Apparuit benignitas,
& suavitas salvatoris nostri*. Bene dulce no-
men nullus ex ipsis tacuit, quia hoc omnibus
necessariū fuit. Zeno serm. 4. de Natiuit. hic Ie-
sus sol noster, sol verus qui claritatis suæ de ple-
nitudine omnes illuminat, omnes accendit, quē
salutiferis prædicationibus per totum orbem
circuferant quatuor animalia, idest Evange-
listæ.

FERIA IV. Dom. Pas. *Circūdederunt eum
Iudæi*. Ioan. 10. Securus es etiam inter hostes
si innocens sis. Eanodius lib. 1. epist. 4. Nec bo-
norum faciem meritorum, maledicentis, cre-
dendum est, extingui posse conflatu, quomo-
do et si dente tangatur invidi, splendor vitæ,
vmbra venenatæ oblocutionis excludit, au-
ctorem repetunt tenebræ, quæ ad involvendū
iubar aptantur, nitorem siderum, nox infusa
non obruit, ad genium claritatis; proficit cum
clari-

claritate confictus. Ambros. lib. 11. de Iacob,
cap. 11. Nunc manifestius recognosco, quia ro-
ta intra rotā currit, nec impeditur, teres enim
vita, sine vlla offensione, in qua vis passione
versatur, & intra hanc quoque rotam currit, ro-
ta in medio rotæ in Ez echielis curru visebatur,
quid ni? Rota est, teres, & immaculata vita, quæ
medijs tormentorum rotis, medijs hostilibus
curriculis, medijs parentium inimicorū circis,
in offenso pede currit, onusta Dei gloria desu-
per splendenti. Gregor. lib. 12. cap. 16. Iob 31.
Si expansi ad multitudinem nimiam. Iob hoc vni-
co vititur argumento, vt convincat suam inno-
centiam, bene, vt cuius constantiæ fuerit cog-
noscat: quia videlicet nequaquam terret ex-
terius numerus hostium, quem non devastat
interius turbā vitiorum. Chrysof. homil. 17.
Genes. 3. *Vocem tuam audivi in paradiso, & timui,
& abscondi me*. Propterea Protoplastus Adam,
adventum Domini secum cogitans, statim se
occultavit, quare, dic oro? Quoniam videbat
sibi trucem ad stare accusatorem, conscientiam
dico. August. serm. 16. de temp. Iosue 6. *Clan-
gentibus vobis, postquam in aures multitudinis voca-
sonitusque increpuit, murillico corruerunt*. Iericho
municissima olim civitas fuit, cæterum vbi vi-
tiji succumbit, ad vocem fistulæ æneæ everti-
tur,

tur, expugnabatur forins ecus sono iustorum,
 intrinsecus habitaculis peccatorum, in innocē
 tiam mundus irascitur. Chrysoſt. hom. de Ab-
 ſalone, 2. Reg. 17. *Dixit ergo Architophel ad Ab-
 ſalonem, eligam mihi duodecim millia virorum, &
 conſurgens perſequar David hac nocte.* O innocen-
 tia, quantum apud reos periculi ſuſcipis, quan-
 tum malitiæ perflagitioſos incurris, David
 ſanctiſſimus, vt dementes exercitus, quia non
 deliquit, nec offendit, nec læſit, incurrit, Abſa-
 lon vnus eſt reus, & vniverſus contra patrem
 conſpirat exercitus, armantur in eadem ſune-
 ſtæ manus inultorum provocantur in innocē-
 tem vlcisci. Auguſt. Pfalm. 52. *Nonne ſcient om-
 nes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem
 meam, vt cibum panis.* Dei populus, Dei filij in-
 nocentiſſimi, ſanctiſſimi, ubique laniantur, vo-
 rantur vt cibus panis, quod panis eſt in convi-
 vijs, eſt innocens, & ſanctus in mundialiū iris,
 tanquam panem manducant populum Dei, cæ-
 tera enim quæ manducamus, poſſumus modo
 illa, modo hæc, non ſemper hoc olus, non ſem-
 per hanc carneim, ſemper autem panem. *Opera
 quæ ego facio.* Claret ex factis Filius Dei. Bern.
 ſerm. 22. Cant. Lucæ 2. *Tranſeamus vſque ad Be-
 thlem, & videamus hoc verbū quod factum eſt, quod
 fecit Dominus, & oſtendit nobis, & venerunt feſtinan-*
tes.

tes. Ante non ſe movebant, dum Verbum tan-
 tum erat apud Deum, at vbi Verbū, quod erat
 factum eſt, vbi hoc Dominus fecit, & oſtendit,
 tunc venerunt feſtinantes, tunc cucurrerunt,
 tunc ad maſiſtimum Dei verbum evolant ho-
 mines, cum illud factum intelligunt, nullo e-
 nim ſic patet hominibus Filius Dei, quam vbi
 de factis commendatur præſentia eius. Ambro-
 ſius lib. 11. de Abel, cap. 8. Lucæ 19. *Hodie ſalus
 huic domui facta eſt:* non dicit Ieſus exceptus à
 Zachæo ſe facturum, vt ſalva eius domus fiat,
 ſed prius facit & opus oſtendit, feſtinavit Do-
 minus ad beneficium, & idcō non ex ſpecta-
 vit, vt promitteret, & impleret omnia, ſed ante
 fecit, poſtea declaravit, dixit enim, *facta eſt ſa-
 lus,* quod præveniēti ſervit, non promittenti.
 abſtinet à promiſſis, cum tempus faciendi inſ-
 tat, non enim tam verbis, quàm factis ſe ſe Fi-
 lius Dei oſtendit. Baſilius Seleucenſis, orat.
 40. Ioan. 11. *Lazarus amicus noſter dormit, vado,
 vt à ſomno excitem eum:* cum dicebat, dormit, ad-
 didit, vado, vt à ſomno excitem eum, cum vero di-
 xit, mortuus eſt, non id adiecit, *vado vt ſuſcitē eum,*
 quæ enim re factis comprobaturus erat, ver-
 bis ante dicere noluit, docens nihil ſimpliciter
 oportere promitti, ſed operibus ſtandam, vbi
 opera non ſunt nec Deus, nec virtus exaltan-
tur.




tur. Abulenſ. quæſt. 5. cap. 6. Iofue, Pfalm. 49.
*Immola Deo sacrificium laudis, & redde altifſimo
vota tua, in votis exhibendis operum exhibi-
tio monſtratur, quæ ubi defint, vocis ſolius lau-
des evanent, adiunctum fuit, redde altifſimo vota
tua, reddere tamen vota ad realem pertinet ex-
hibitionem, & hæc quidem vera laus eſt, Paſ-
chaſ. lib. 8. in Matth. Bonum eſt nos hic eſſe, ſi viſ
faciamus hic tria tabernacula tibi unum. Parcit Pe-
trus verbis in extollenda præſtantia, & boni-
tate divini ſpectaculi, vt faciat, vt operam ſuã
impendat, ſciens Dei gloriam non extolli ver-
borum laudibus, ſed factis, quam fanè gloriam
bonam eſſe, nec laudaſſe ſufficit, ſed etiam de-
votione præſtantior, impiger operarius occur-
rit, & pollicetur communis obſequium mini-
ſterium, faciamus, non fatiſ extolleret tantã glo-
riam ſolis laudis verbis inſiſtens niſi etiam pro
illa habenda aliquid laboraret, tunc enim opti-
mus divinarum gloriarum exaltator conſtitui-
tur, quando ſimul efficitur impiger operarius,
qui opera ſermoni addit, cœleſtium magnalia
occupat. Daniel 12. *Qui docti fuerint, fulgebunt
quaſi ſplendor firmamenti, & qui iuſtitiam erudiunt
multos, quaſi ſtella in perpetuas æternitates. Syrus:
Factores honorum, & intelligentes lucebunt, vt lumẽ
firmamenti, & qui iuſtificant multos, erunt fulgentes.**

¶

*& ſtantes ſicut ſtella in ſæculum. Petrus Damian.
lib. 8. epilt. 1. Lucæ 2. Paſtores erant in regione ea-
dem vigilantes, & ecce Angelus Domini ſtetit iuxta
illos & ait, ecce euangelizo vobis gaudium magnum,
quod erit omni populo, quia natus eſt vobis ſalvator
mundi. Matth. 2. Vidimus ſtellam eius. Angelus vt
ducat paſtores cœleſtia dimittit, ſtella vt du-
cat Magos cœleſtia tenet cur? quid per ſtellam
niſi ſimplex quilibet ſacerdos honeſtæ vitæ
innuitur, qui licet affluenti eloquij facultate
non polleat, claris tamen operibus velut qui-
buſdam laudabilis vitæ radijs è cœlo micat.
Bafil. Seleucenſ. orat. 21. Vani quidem, ſulti-
que adulterinæ ſapientiæ amatores, quique ſo-
la lingua ſapientiã excolunt, propriæ doctri-
næ fallacijs colorata diſtione deliram invexe-
runt infaniam, at Chriſtus orationi per-
miscens miracula, & opera fidem
genuit rerum divinarum
prædatricem.*

(*†*)



FERIÆ ALIQVOT
sextæ Quadrages.

FERIA VI. post Cineres. *Diligite inimicos vestros.* Matth. 5. Charitas in proximos experitur sibi manifesta divina mysteria. Petrus Damianus lib. 2. epistola 12. Tob. 2. *Contigit ut quadam die fatigatus à sepultura veniens domum, iactasset se iuxta parietem, & obdormisset, atque ex nido hirundinis dormienti illi calida stercore insisterent super oculos eius, fieretq; cæcus.* Pondera, quando incurrit cæcitate, nempe quâdo fatigatus ab operibus charitatis dormiebat, fatigatus à sepultura, dum se vel efractis viribus projicit, lumen amittit, illæsum quippè cordis oculum servat, quisquis in bonis operibus infatigabilis perseverat, cum autem pusillanimiter frangitur, statim luce privatur. Damascen. orat. de Transfiguratur. Matth. 17. *Duxit illos in montem excelsum.* Cur ad montem excelsum, nisi ut charitas Dei, & proximi cellissima omnium virtutum sola ostendatur sufficiens, ut divina mysteria percalleat, opere pretium est igitur, ut ad sublimissimam, ac divinam

vinam charitatis speculam erecti, ita demum ea, quæ aspectum omnem superat, intueamur, nam qui ad summum charitatis specimen pervenit, quodammodo se excedens, eum qui cerni non potest, perspicit, atque corporeæ rubis caliginem mentis luminibus officientem prætervolans, atque in animæ serenitate constitutus, in iustitiæ solem liquidius oculos defigit, tametsi non prorsus huiusmodi spectaculo expleri queat, sol divinus non fugit conspectum illius, qui apparet supra speculam charitatis: imò revelat ei secreta suæ pulchritudinis. Petrus Damian. serm. de S. Stephano, Actor. 7. *Intendens in cælum vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, & ait, ecce video cælos apertos, & Iesum stantem à dextris Dei.* Intendit in cælum, videt iam non cælum, sed cælos apertos, videt gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei, monet me hæc intentio, quæ de cordis puritate refluxa vim facit cælis, & ad ipsius divinitatis confistorium penetrat, & attingit, cæli aperitür, gloria Dei videtur, Iesus conspicitur, hanc intentionem fecerat dilectio Dei, amor proximorum etiam inimicorū quando dicebat: *Domine ne statuas illis hoc peccatum.* Benefaciens inimicis triumphat. Petrus Damianus serm. 1. de Exalt. Crucis. Magnum quidem, & ultra hominem

nem est, asperitatem verborum, & verborum non solum pati, sed & non reddere, illud vero maius est, & divinum quid sapit: *benefacite his qui oderunt vos.* Zeno Veronens. serm. de pat. Iacob per patientiam, & benedictionem lucratus est fratrem suum Esau, & de illo triumphum egit, dat iracundiam locum securus, ut redeat, domum patri commedat, sensim mitisque discedit, ut probet se, & meruisse, & non ambuisse quod meruit. Chrysol. homil. de David, & Saule, 2. Reg. 9. *Nunquid superest aliquid de domo David? restituam tibi* (dicebat David Miphibosetho nepoti Saulis) *omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panes in mensa mea semper.* David suam præbet mensam ei, qui filius fuerat rabi- dissimi hostis sui Saulis, quid ergo Davidis mensa sanctius quam cingebant filij hostis, inquam occidere conati? Quid illo convivio spiri- tualis, in quo tam multæ abundabant benedictiones. Tertul. lib. de pat. Iob. 17. *Putredini dixi, pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus.* Qualem in illo viro feretrum Deus de diabolo extruxit? quale vexillum de inimico gloriæ suæ extulit? ridebat Deus dissecabatur malus, cum Iob immundam ulceris sui redundantiam magna æquanimitate distingueret, cum erumpentes bestiolas inde, in cosdes specus, & pas-
tus

tus foraminosa carnis revocaret, vermes corrodentes Iobum aliquando erumpebat, & exhibant sacuri visceribus Iobi, quos ille non occidebat, potius revocabat ad passus suæ foraminosa carnis, divine triumphans de diabolo. *Ut sitis filij patris vestri qui in caelis est:* per amorem inimicorum secure in vitam æternam cotendimus. August. serm. 2. Act. 7. *Domine ne statuas illis hoc peccatum, & cum hoc dixisset ob dormivit in Domino, his dictis ob dormiuit in Domino.* Stephanus, felix somnus, & requies vera, ecce quid est requiescere, pro inimicis orare. Chrysol. hom. de Saule, & Davide, 1. Reg. 24. *Cum autem compleisset David sermones suos ad Saul, dixit Saul, nunquid vox hac tua est fili mi David?* Nec enim dixit, sermones tui isti filij David, sed vox tua ista fili? adeo mox ad ipsam vocem incaluit, & quemadmodum pater ex longo intervallo audita filij revertentis voce, non ad conspectum in modo illius, verum etiam ad ipsam vocem excitatur, sic & Saul ut accepit verba Davidis, abiecit inimicitiam, iamque filium agnovit, animu Davidis armatus tanta dilectione erga hostes suos, reperit etiam in hoste Saule patrem, potiori ratione, qui hostes diligit in se experietur divinam filiationem, & Deum Patrem in se ostendet. Paschas. lib. 3. In Matth. *Ut sitis si*



ly patris vestri: ac si patenter Dominus dicat, diligite inimicos vestros misericorditer, & hac sola dilectione supplete omnia, quæ mandavi, vt sitis filij Patris vestri. Rupert, lib. 4. de vi& Verbi Dei, cap. 2. 3. Ratio docet, non multo minoris fuisse meriti, pepercisse inimico propter Deum, quam non pepercisse vnigenito filio, hos fecit David inimico suo infensissimo querenti animam suam, inimico regi, cuius regnũ sine dubio se suscepturum esse sciebat, ob hæc maxime causam, iuratum esse illi arbitramur, quod semen, vel caro eius assumenda esset in Filium Dei: quia maximè causa ista facit filios Dei, sicut testatur Dominus, cum dicit: *Diligite inimicos vestros, vt sitis filij Patris.* Arnoldus Carnotens. Lucæ 23. *Iesus dicebat, Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Poterat vtique, accitis multis millibus Angelorum, de tantis ludibrijs erui, sed qui præceperat percussori sinistra maxilla, porrigi dexteram, & aufereti pallium, præberi tunicam, se ipsum intra regulas concludens, voluit, vt à capite patientiæ forma prodiret in membra, & in hoc æmulatio filiorum probaretur, si non se degeneres exhiberent, tunc præcipuè Deum Patrem nominat, cum vix alia sit virtus præter amorem inimicorum, in qua magis filij patriissent, & præferant

rant diuinam originem. August. serm. 40. de verbis Domini, in hoc maxime innotuit Iudæorum cæcitas, dum Iesum pulcherrimum, & speciosum forma præ filijs hominum pro inimicis orantem non cognoverunt esse Filium Dei.

FERIA VI. Dom. 1. Quadrag. *In his iacebat multitudo magna languentium.* Ioan. 5. Ipsi expectabant aquæ motum: & idè languebant, quia erant expectatores mobilium fluxarumque rerum, à quibus solus langor, & infirmitas percipitur. Chrysolog. serm. 29. Eccles. 3. *Beatus dives, qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit.* Habet aurum proprietatem caducarum rerum, quod dum trahit suos spectatores ad suam naturã, agit eos præcipientes in profundissimam voraginẽ, nascitur aurum in terra profunda, se&atur ipsa montium fundamenta, perque ima venarum cæcis discurrit anfratribus, & dum suam semper repetit ad naturã, celestes animos ad inferna deprimit, obscura sensus, semperque alta mentiũ, semper in terrena demergit, nobilia bona trahunt ad se expectatores suos, obscurant oculos, vertiginem faciunt, astruunt præcipitia, & inferunt nostris animis omnes defectus naturæ propriæ. Chrysostom. cap. 5. Ephes. Cum tantam cellitudinem



tudinem à tellure in cœlum vsque videntes nihil mali patiamur, in turri tamen aliqua sublimi constituti, moxque ad terram desuper, vel modice deflexi, intueri velimus, vertigo quidem nos, & caligo deprehēdit, dic mihi huius rei causam? possum firmus spectare altitudinem cœli, nam cœlestia, & æterna conferunt firmitatem suis spectatoribus, at non sic firmus sum, si vertero oculos ab alto in terram, sed tunc me deprehendit vertigo & caligo; nam fluxæ res trahunt ad se spectatores suos, & eos præcipites agunt, fugiendę mūdi figurę. Chrysof. hom. 20. Roman. 12. *Nolite confirmari huic aculo, alij legerunt, nolite configurari huic seculo, sed reformamini in novitate sensus vestri.* Si recte incedere vis, nete adaptes ad præsentis vitę figuras, nam etiam si divitias obieceris, si gloriã, si delicias, sive aliud quodcunque ex ijs, quæ magna esse videntur, figura tantummodo sunt, non ipsius quæ in rebus est, veritatis demonstratio, sed persona quædam scenica, non consistens rerum substantia, sed tu vide, ne illi configureris. Chrysof. epist. ad Eutropium: *Vanitas vanitatem, & omnia vanitas.* Eccles. 1. Hunc versiculum si saperent, qui in potestate sunt, in parietibus omnibus, & in vestibus scriberent, in foro, in domo, in ianuis, in ingressibus, & ante

ante omnia inconscientijs suis, vt semper cum oculis cernerent, & corde sentirent, quoniam quidem multæ sunt rerum facies, multæ imagines falsæ, quæ decipiunt incautos. Ambros. lib. 1. offic. cap. 48. Psalm. 38. *Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum, quis est, vt sciam quid desit mihi.* Dies illos requirit vitæ æternæ, qui sunt, non qui prætereunt, vt cognoscat, quid sibi disit, quæ terra sit promissionis ferens perpetuos fructus, quæ prima apud Patrem mansio, quæ secunda quæ tertia, in quibus pro ratione meritorū vnusquisque quiescit, illa ergo nobis expetenda in quibus perfectio & veritas est, hic umbra, illic veritas, hic imago de qua Paul. 1. Corinth. 7. *Præterit figura huius mundi:* hic numerus dierum non qui vere sit, sed qui in imagine pertranseat, nõ qui vere existat, & permaneat solide. Chrysof. in Psalm. 2. Matth. 4. *Ostendit omnia regna mundi, & gloriam eorum:* quando Christus ascendit in montem, vt tentaretur à diabolo, tunc diabolus in punto temporis omnia regna mundi coegit, & gloriam eorum, & cum omnibus visus est, vt cū omnibusevanesceret, nihil enim fuga cuius & mobilius quam bona omnia mundialia. Zeno Veronens. Psalm. 120. *Nisi Dominus custodierit civitatem frustra vigilat, qui custodit eam.* Hic



Psalmus cōfectus à Salomone eo tempore quo templum ædificabat, & ampliabat civitatem regiam, inter ædificandum, nihil prius quam ædificij ruinas intuitus est, scit inutiles esse custodiarum vigilias, scit in cassum esse confurgentium matutinas sollicitudines, civitas, & à se instituta, & ab alijs restituta, iam nulla est, non proficit ædificatio, vel prima, vel consequens, & rectè ipse ille evertēdæ civitatis Propheta est, qui auctor fuerat extruēdæ, ita fluūt omnia mundi, vt in ipso initio videatur finis. Hugo Victorin. Psalm. 24. *Anima eius in bonis demorabitur. Quidquid carnaliter dulce est, sue delectationis experientiam fruētibus præstat, sed diu cum eis commorari nō potest: quia dū gustu appetitum provocat, transitu desiderij fraudat, spirituales autem deliciae, quæ nec gustatæ transeunt, nec deficientes decreseunt, nec satiantes tædiū gignūt, diu cum fruētibus permanerent. Erat homo 38. annos habens in infirmitate sua, hunc cum vidisset Iesus. Hominibus labores utilissimi. Galfridus apud Tilmanum in allegorijs, Actor. 1. *Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Nec modo adventus eius posterior à priore longe alius erit, sed ipsa eius qualitas dissimilis, si quidem turbulentissimo sæculum**

culi tempore veniet eius reparare statum, cuius pacatissimo tempore, venit prædicare contemptum, occultum se se in sæculi gloria exhibit, sed manifestabitur in ruina, & veniet laborantibus & Crucem eius portantibus dare præmium, vñ qui apparere in prosperis, latere cupiunt in adversis, nec caput dimittant inter prospera humiles, nec levant inter adversa securi. D. Valerianus hom. 11. Galat. 6. *Mihi absit gloriari nisi in Cruce Domini: ibi sane de se hominē gloriari oportet, vbi pro nomine Domini voluntaria pœna succedit, quæ tamē gloriatio hunc habet fructum, si auxiliante Christo mereatur effectum gloriæ. Chrysolog. sermone 28. Matth. 4. Venite faciam vos piscatores hominum, cur piscaturæ labores ipsis proponit Dominus quos ad se vocat? ipse ante illis vsu laboris indulgit, qui postea eis tolerantiam dedit virtutum, hinc est quod regna, gentes, carceres, vincula, tormenta, morte, sævientes homines terris omnibus sic vicerunt. Cyprian. lib. de mortalit. Tobia 2. *Non est contristatus contra Deum, quod plaga cecitatis evenerit ei, sed immobilis in Dei timore permansit agens gratias Deo omnibus diebus vita sua. Et Tobias post operam magna cecitatem luminis passus, timens & benedicens Deum per ipsam corporis cladē cre-**



vit ad laudem. Bernard. serm. de fallacia præfentis vitæ, guttatim pœna bibitur, liquando sumitur, per minatias transit, in remuneratio-
ne torrens & voluptatis, & fluminis cœlestis impetus.

FERIA VI. Dom. 2. Quadrag. *Plantavit vineam.* Matth. 21. apud forû mûdiale vinea cœsentur inter bona stabilia, bonaque oriûtur à Dei manibus stabilia sunt. August. serm. 73. de tēpor. Genes. 22. *Cum alligasset Abraham filium suum Isaac, posuit eum in altare super struem lignorum, extenditq; manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum.* Quid facis senex, ita morti tradis, quem magis æternitate donare deberes? cur non magis metuis perdere, quem accepisti tuæ posteritatis fulcrum? magna fides Abrahæ magna pietas, non solum in Deum, sed etiam in vnicum filium, cui nihil mali credidit, ipse pater, quidquid de illo iusserat, qui creavit, vbi Dei iussio aderat, nihil etiam in morte cernebatur fore contrarium perennitati Isaaci. Ambros. lib. 1. de Abel, cap. 2. Deuteron. 34. *Mortuusq; est ibi Moyses servus Domini in terra Moab iubete Domino. & sepelivit eum in valle terra Moab contra Phogor, & non cognovit homo sepulchrû eius usque in præsentē diem, Moyses 120. annorum erat, quando mortuus est, non caligavit oculus eius, nec dē-*

tes illius moti, Moyses autem mortuus quidē legitur, sed per Verbum Dei mortuus est, per quod facta sunt omnia, Verbo autem Dei cœli firmati sunt, per Verbum igitur Dei nō lapsus operis, sed firmamentum est, non ergo tanquam relapsus in terram deprehenditur corporis solutione, sed tanquam Verbi cœlestis operatione donatus & munere, vt quietē magis caro eius, quam bustum acceperit, vbi innuitur Deus operans omnia stabilia, vt corruptioni nihil liceat etiā in Moyse mortis, sola cœlestia dona possunt implere condita humana ne famefcant. Ambros. lib. de Neboth, ca. 2. *da mihi* (dicebat Achab Rex Israelitarum inter suarum divitiarum segetes ad Naboth) *vineam tuā, da mihi, hoc est, da mihi, quia ego, da mihi quia aliud vivendi subsidium habere non possum, da mihi quia non est mihi panis ad victū, nummus ad potum, sumptus ad alimentum, ad indumentum substantia, ita famefcit cor regiū mundialibus bonis plenum, vacuum divinis.* Bernard. in allegorijs apud Tilmianum, Lucæ 16. *Dissipavit substantiam suam (prodigus) vivendo luxuriose, & postquam omnia consummasset, facta est fames valida in regione illa. Vnde huic egestas tanta: nisi ex eo quod legitur dissipasse bona sua cum meretricibus vivendo luxuriose meretrices*



retrices enim iste carnis sunt concupiscentiæ,
cum quibus luxuriose vivendo dissipat bona
naturæ, qui eis abutitur ad voluptatem, huic
egestas pernitiosa succedit, eo quod non satietur
oculus visu, nec auris auditu impleatur.
Ambros. lib. 1. Examer. cap. 7. Genes. 1. terra
autem erat inanis & vacua, terra erat invisibilis in-
composita. Sic accepimus invisibilem terram,
quod non dum Verbo Dei, & protectione visi-
tabatur, quæ hominem non habebat, propter
quem Dominus respiceret in eam, ubi non dū
Deus oculos suos ad terram declinabat, neces-
sum est, quod esset vacua omni decore, pulchri-
tudine, ornatu, & omni bono. *Sepem circumde-
dit ei, à Cruce Domini securissima sanctorum
munitione. Basil. Abacubh, 3. cornua in manibus
eius, Isaïæ 5. Vinea facta est dilecto meo in cornu sily-
olei, in manibus habebat brachia crucis quibus
mirum in modum tutabatur fructus vineæ suæ
ob hoc, in cornu tanquam adversum inimicū,
habente arma tutelaria nempe Crucem Chri-
sti. Chrysostom. orat. in adorat. Crucis apud
Grethlerum tom. 2. Matth. 6. Si quis vult venire
post me, abneget semetipsum, & tollat Crucem suam,
& sequatur me. Vides, quomodo militem, qui se-
quitur, rex coelorum armat, non dedit scutū
non galeam, non arcum, non thoracem, nec a-
liud*

liud quid de genere horum, sed quod his omni-
bus firmitus, & valentius est præsidium à Cru-
ce, & symbolū victoriæ contra demones, hoc
gladius est, hoc clypeus, hoc thorax, hoc tutū
propugnaculum, hoc portus, hoc perfugium,
hoc corona. German. orat. in exalt. Crucis cō-
tra Bogomillos, quid Petro firmitus, cui nec
caro, nec sanguis Filium Dei revelavit? (Mat-
thæi 10. Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super
hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & porta in-
feri non prævalebunt adversus eam) nihilominus
cum Magistrum ad Crucis patibulum festinā-
tem intelligeret, conatus est, cursum illum, &
festinationem prohibere, sed contra audit, *va-
de post me Sathana, ò miraculum ingens. Satha-
nas appellatur magnus Petrus, quod Crucem
detrahet, & vt petra scandali, & lapis offensi-
onis retro abijcitur in fractū illud Ecclesiæ fun-
damētum. Petrus Damianus serm. de invent.
S. Crucis, Exod. 32. confregit (Moyles) eas, (tabu-
las lapideas) ceterum posteriores tabulas non
confregit, cur? postea autem dantur secundæ
tabulæ, sed non franguntur, quia novi testamē-
ti gratia, quæ per Crucis est solidata mysteriū,
nullum novit habere defectum, ex ligno Cru-
ce addito in quo Crucis memoria representa-
tur acquirant illud robur, quo nulli ruinæ pa-
teant,*



teant, à Cruce venit fornitudo. August. serm. 101. de temp. dedit hoc lignum fructum in tempore suo, dedit fructum interim Domini Resurrectione, dabit & cum apparuerit de caelis ille qui visus est super terram, cum præcedente ipso signo Crucis, iam fulgido venerit de supernis, tunc resurgent corpora sepulcorum, tunc exultabāt sancti in gloria, tunc in cubilibus lætabantur, qui nō de sui Regis ac Domini Cruce non confunduntur, sed potius gloriantur. Chrysostr. serm. 3. de Resurrect. fecit latro de Cruce impetum, & intravit paradisum rhomphea flamma circumdatum. Severianus, in Cat. Lippom. Exod. 5. virgani Moyses ferre iubetur, vt per illam vim miraculorum declareret, & hoc ob latentem in ea pretiosæ Crucis figuram.

FERIA VI. Domin. 3. Quadrag. *Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem.* Ioan. 4. Non minuitur fortitudo Christi in hac fatigatione, & infirmitate, imò ad perditionem exhibendam ad vitam reparandam, ad expugnanda corda, assumitur infirmitas & pressura siquidem valentia Christiana potentior fit per infirmitatem & passionem. Cassiodor. lib. 10. variat. considera quod merueris, & dignum (dicebat Theodahadus Rex Gothorum Anicio ad affinitatem

nitatem regalem ascito) te nostra affinitate tractabis, nam qui familiæ regnantis adiungitur, in laudum gremio collocatur, nunc maior opera mansuetudini detur, nunc omnibus communitio benigna præbeatur, vt talem probemur elegisse, quem nulla prosperitas possit immutare, humilis age rem gloriæ, quia de tolerātia & modestia laus sumitur, de elatione odium concitatur, provecis proxima est invidia, sed tolerantia melius vincitur, quæ contentione semper augetur, super cæteras virtutes amicā sapientibus ama sapientiam, sustinēdo potius, quam vindicando laudaberis. Macharius orat. de Cruce apud Gethserum tom. 2. Psalm. 104. *dirupit petram & fluxerunt aquæ.* petra erat in deserto sicca, accessit Moyses, percussit eam, fluxerunt aquæ, quod non poterat petra per se, valuit sub ligno percutiente, quo valentia passionis Christianæ præsignabatur, hoc signum petra cōspicata, regiamque imaginem sibi impendere contuita, ea quæ supra naturam suam erant, præsticit, & quæ non habebat præbuit, vt in se petra excepit virgæ percussione, & sensit in vulnere crucifixi imaginem, suarum virium videt impossibilitatem, & audet illa quæ non habet exhibere. Augustin. tract. 15. in Ioan. Iesus fatigatur, & ab itinere fatigatur, inve-



invenimus virtutem Iesu, fortem & infirmum
fortem quia in principio erat Verbum, vis vi-
dere, quam iste Filius Dei fortis sit? omnia per
ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: quid er-
go illo fortius per quem sine labore facta sunt
omnia? infirmum vis nosse? Verbum caro factum
est, & habitavit in nobis, fortitudo Christi crea-
vit, infirmitas Christi recreavit, fortitudo
Christi fecit, vt quod non erat esset, infirmitas
Christi fecit, vt quod erat non periret, cur fa-
tigatur? quia peccatrix anima cunctabatur ve-
nire ad salutem. Ambros. fatigatus est Iesus, sed
in te, quia diu te quaesivit, tua illum in crudeli-
tas fatigavit, ex propria fatigatione parat fec-
cundam irrigationem caelestem, quippe Chri-
sti passio remedium efficacissimum, quo fec-
cudentur animae steriles. Richard. Victor. de
erudit. inter homin. par. 1. cap. 28. Daniel. 3.
*Abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit
statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & com-
minuit eos, lapis autem factus est mons magnus. Quid
est quod lapis ille non crevit in rupē, sed mu-
tatur in montem, nec lapis in lapidem mag-
num, sed potius mutatur in montem magnum
& eminentem, vbi lapis vivus Iesus descendit
ad passionem, & velut brotus Cypri calca-
tus fuit intorculari Crucis pedibus peccatorū.*
iam

iam non steriles lapides, sed montes amantissi-
mos manantes lacte, & melle habet in regno
suo. Leo serm. 8. de Pas. Ioan. 12. *Cum exaltatus
fuero, omnia traham ad me ipsum.* Traxisti Domi-
ne omnia ad te, cum expandisses tota die ma-
nus tuas ad populum non credentem, & con-
tradicentem tibi, confitendae maiestatis tuae
sensus totus mundus accepit. Basil. Seleucens.
orat. 24. Antevertit, vt apparet latronis voces
haec mulier, mater filiorum Zebedaei. Matth.
20. petentes. *Dic vt sedeant duo filij mei, vnus ad
dexteram tuam, alius ad sinistram,* ille in cruce ora-
tiones efferebat: *Memoro mei, cum veneris in reg-
num tuum,* haec autem ante crucem pro regno
supplicabat. *dic vt sedeant,* o desiderium passio-
ne maius, ideo illa superior, quia ante forsuram
Crucis, iam florebat desiderio regni caelestis,
quid mirum, quod latro eodem afficeretur desi-
derio, quando circa illum tot fossae aperte sunt,
quot Christi vulnera: eaque de dominicis cru-
ciatibus cultura adhibita est, quae vel saxa mol-
lescere valeret. *Si scires donum Dei,* divina dona
excitant nos ad alia petenda. Hesichius in Ca-
tena Graeca, Psalm. 4. *Cum invocarem exaudivit
me, in tribulatione dilatasti mihi, miserere mei, &
exaudi orationem meam.* Dixerat se exauditum,
quod iam noverat ex beneficio iam accepto,

& statim se dilatatum ostendit, ad nova petēda, noviterque clamat, *exaudi orationem meam*, quia non semel, sed assiduo Christū orare opus habemus, non enim eius in nos simul dona proficiscuntur, sed ea sigillatim, ac ordine quodam accepimus. Ennodius lib. 5. epist. 16. Deus bonē, indulta custodi, auge successibus quod dedisti, percipio spe futura quæ deprecor, nesciunt in foribus hærere, quæ cœlo auctore tribuuntur, semper incrementis ad culmen ascenditur, ubi supernus favor præstat exordium. Tu petisses ab eo & daret tibi, certa orationū efficaciam, quæ nunquā à Deo vacuæ exeunt. Guaricus Abb. serm. 3. in Ramis, Ioan. 6. Fugit iterū in montem ipse solus, cum vellent eum rapere, & facere regem, & ipse refugit, & in solitudinem ad orandum aufugit, vt doceat nos iacula ambitionis per orationem depelli, & secure Dei protectione munitos sub armis orationis apud Deum efficacis. Chrysostom. orat. 2. de precat. Colossens. 4. *Ad orationem incumbite vigilantes in ea, ingratiarum actione, simul etiam pro me orare.* Quid ais? Tantam nobis audaciam preces tribuunt, vt Deum pro Paulo supplicare valeamus? quis miles regē pro summo duce audeat supplicare? At nullus dux regi ita charus, & amicus, vt Paulus Deo, sed tamen precestanti

tum nobis afferunt dignitatis, vt divinum auxilium Paulo implorare non dubitemus. Ambros. Psalm. 37. Si mandaverat Dominus Angelo 1. Paralip. 11. Vt parceret, quomodo feriebat adhuc Angelus? nisi quia Dominus, cū si vult ignoscere, vult rogari, & vt rogetur operatur, nec vidisset homo Angelum ferientem, nisi Dominus eius oculis Angelum revelasset.

FERIA VI. Domin. 4. Quadrag. *Erat quidam languens Lazarus.* Ioan. 11. Quam velociter transeunt humana, sive divitiæ, sive sanitas, sive vita quæ celerrime in occasum, & mortem properant. Hugo Viç. homil. 5. Ecclesiastes 1. *Ego Ecclesiastes fui Rex Israel in Ierusalē.* Rex fui, iam non sum, non dum regnum amiserat, ac sic volantem cognoscebat statum, vt maluerit affirmare fuisse quam esse. Hildebertus epist. 56. Veterum hæc aliena esse, fuga ipsorum denuntiat, bona, vaga, bona pennata sunt hæc omnia, eorum est nusquam esse diutius nemini statum præfigere certiozem, n. li. immorari mundialibus commodis. Chrysost. hom. 25. Hebr. 12. *Quia peregrini sunt, & hospites super terram qui enim hæc dicunt, significant se patriam inquirere.* Nosterrenis inhiamus, & à terrenis nolimus abscindi, sed veluti vermes quidam



ex terra in terram, & iterum ex alia in aliam circum repimus, illi patriam quærebant, quæ in cœlis est, & sic festinabant, vt hinc discederent. *Lyra, Iudicum 7. Fuit autem numerus eorū, qui manu ad os proyiciente aquas lambuerunt trecen- ti viri, omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat, ait Dominus ad Gedeon, in trecen- tis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo vos. Qui manu & lingua lambebant aquas, eliguntur à Deo ad vi- torias, signum erat, quia nolebant in terram procumbere, sed statim transire, ad immorta- les glorias eliguntur à Deo, qui nullis mundia- libus commodis immorantur, sed festinant per venire ad cœlestem patriam. Gregor. hom. 22. Exod. 12. *Renes vestros accingetis, & calceamenta habebitis in pedibus, texentes baculos in manibus, & comedetis festinanter.* Festinanter ergo Pascha co- medamus, idest ad solemnitatem patriæ cœles- tis anhelemus, nemo in huius vitæ itinere tor- peat, ne in patriam locum perdat, nullus mo- ras ad appetenda studia in neccat. *Infirmatur.* Amasij Dei exercentur ærumnis, ditantur la- boribus. Tertulian. lib. de anima, Apocalip. 6. *Vidi sub- tus altare animas intersectorum propter ver- bum Dei.* Non erant ibi aliæ animæ? erant qui- dem, sed chariores, qui interempti pressuris, Ioanni in spiritu paradisi regio revelata, quæ subij.*

subijcitur altari, nullas alias animas apud se præ- ter Martyrum ostendit, quia nullis romphea paradisi ianatrix cedit, nisi qui in Christo des- cesserint, agnosce differetiam, si crucem tuam tollas, & sequaris Dominum vt ipse præcepit, tota paradisi clavis sanguis tuus est. Gregor. homil. 21. in Ezechiel. Cyphus in sacco iunio- ri fratris absconditur, furti post eos quæstio movetur, mittitur vt reducentur addicti, in ser- vitudinem decernitur, apud quem Cyphus esset inventus, in sacco vltimi fratris invenitur, tunc Beniamim reducitur, afflicti omnes fratrem se- quuntur, ò tormenta misericordiæ, cruciat & amat, amantior erat Beniamim, & quia aman- tius, ideo illius sago regalis cyphus immittitur, qui maiores causas in magis dilecto à Iosepho excitet, vt sciamus maiores passiones pro cla- vi aurea donari à Deo dilectioribus. Gauden- dum in laboribus afferentibus salutis utilitatē, Isidorus Pelusiota lib. 1. epist. 129. Iracundiæ poculum Deus peccantibus comminatur, quæ quidem ab Hebræis epota eos quidem temu- lentos reddit, meliore autem vita nō donavit, cæterum Christus Dominus exhausto vno in Cruce poculo, & amaritudinem sanavit, & in- vexit voluptatem, assume labores, qui felicità- tem pariant. Ambros. lib. 2. de interpel. ca. 5.



Lucæ 22. *Sathanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, iniusti sicut palles ventilantur, iusti sicut triticum, audi dicentem Dominum Petro. Sathanas expetivit vos, ut cribraret sicut triticum, ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua. Deficiunt qui sicut palles ventilantur, non deficit, qui ad similitudinem illius grani Christi est, quod cecidit plurimorum fructu cumulandum, desiderandum est, quod sicut granum vitalis tritici, quod cadens in terram multum fructum attulit, tandemur & nos, quod labor noster sit similis laboribus Christi, ut sic in vitam reserve mur. Drogo Hostiens. de Pas. Tren. 1. O vos omnes qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor sicut dolor meus. Transite à me in vos dicit Christus positus in Cruce, & videte si similis dolor in vobis sicut dolor meus, & nolite flere super me, sed super vos ipsos flete: nã ille, qui transitis, & non attenditis, magis est flendus, quam dolor meus, propter scelus enim vestrum percussus sum, patimini propter me, ut similes mihi sitis in corona. Resurget frater tuus: memoria resurrectionis maximum solatium in morte. Macharius homil. 5. 2. Corinth. 5. Scimus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissolvatur, quod adificationem ex Deo habemus, domum non manu factam æternam in cœlis.*

cœlis. Id circo enim qui revera, & strenue Christiani sunt, confidunt & gaudent migrantes è corpore: quia domum habent illam non manu factam, quæ quidem domus est virtus Spiritus Sancti in illis habitans, itaque si fuerit dissoluta domus corporea, non metuunt, quia cœlestem habent donum Spiritus Sancti, & gloriã illam incorruptibilem, quæ in die resurrectionis reficiet, & glorificabit domum corporis, nõ metuat dissolutionem domus, qui sperat gloriosiore reedificationem. Ambros. lib. de fide Resurrect. Numer. 22. *Moriatur* (dicebat vates Balaam) *anima mea morte iustorum.* Qui videt ortum Christi (orientur stella ex Iacob) vidit eius triumphalem mortem, vidit in eo perennem omnium resurrectionem: & ideò mori non timet resurrecturus, mortis horror tollitur, ubi claret resurrectio, quæ à Christo venit. Ambros. lib. 1. epist. 5. Numer. 16. *Aaron stans inter mortuos ac viventes pro populo deprecatus est, & flamma cessavit.* Iesus autem stat quasi quis in mundum venerit, ut aculeum mortis hebetaret, devoratorium eius obstrueret, viventibus æternitatem gratiæ daret, defunctis resurrectionem.

FERIA VI. Dom. 5. Quadrag. Collegerunt Pontifices, & Pharisei Concilium. Ioann. 11. Non



sumenda consilia impiorum. Hugo Cardinalis, Ecclesiast. 6. *Si consiliarius vnus è mille. Nō vnus è corrupta hominum face, sed vnus è mille, quasi bonus, & perfectus vir esse debeat, à quo petendum consilium, fieri enim vix potest, vt qui in suis moribus turpiter errat, in aliquo scopum veritatis attingat.* Basil. Seleucens. orat. 15. 1. Reg. 12. Saul misit lanceam in Davidem, sed non attigit illum, ab scopo aberrans mores suos manifestavit. Ambros. lib. 2. offic. cap. 12. Quomodo eum potes ludicare superiorem, quē videas inferiorem moribus, supra me debet esse, cui me committere paro, an vero idoneum eum putabo, qui mihi det consilium, quod non dat sibi? Et mihi eum vacare credam, qui sibi non vacat? Cuius animum voluptates occupēt, libido devincat, avaritia subiugēt, cupiditas perturbet, quatiat metus, quomodo hic consilij locus, vbi nullus quietis. *Quid facimus.* Invidia malum crudelissimum. Athanas. homil. de se mente. heu mihi qualis tentatio invidiæ, quæ in generum suum Davidem Saul accipit, nec filiæ parcendum putat, vt per speciem magnificæ affinitatis, filiæ marito insidietur. Basil. Seleucens. orat. 8. Genes. 37. *Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguinem hedi, quem occiderant, tinxerunt, mittentes qui ferrent ad patrem.* Quid
cc cl.

necessum fuit patri tunicam filij sanguine madidam presentari? invidia cordibus eorum insita non potuit sine aliqua sanguinis effusi specie sopiri? in speciem cordis vestem compositā patris Iacobi offerunt manibus, quasi sine sanguine invidentiam nequeant extinguere, hæc est fera pessima, nempe invidia, quæ nescit sine beneficij sanguine satiari, invidus magis torquetur aliorum felicitate quam proprijs malis. Stephanus in allegorij Tilmani, damnati minus dolebunt de sue supplicio, quam quod carebunt consortio Sanctorum, sorti eorum invidentes. Chrysol. serm. 123. & 122. ante dixerat dives ille Lucæ 16. Pater Abraham mitte ad me Lazarum, modo dicit, mitte ad fratres meos, dolet, agit infelix, ne videat Lazarum felicem, & zelo magis incenditur, quam gehenna, est grave illis malum, & illis incendium non ferendum, quos aliquando habuere contemptui videre felices. Viri præstantissimi transeunt in sortem reproborum, vbi fuerunt invidia infecti. Anselm. de similitudinib. cap. 25. magis puto eius salvationem sperandam, qui parum boni facit, & beneficijs aliorum favet, quā illius qui multa, & invidet. Rupert. lib. 7. in Apocal. 12. *Væ terra & mari, quia descendit diabolus ad vos habes iram magnam.* In quo ira



eius, quam nunc habet sic descendens, discernere possumus, quod vere magna sit comparatione eius iræ quam prius habuit: in eo videlicet, quod prius vos faciebat errare per ignorantiam, nunc autem facit vos blasphemare per invidiam, hæc est ira magna, invidia maligna vobis inspirata. Chrysostom. hom. 41. in Matthæi 8. Pharisei obsceno invidiæ vitio laborantes coelestia amiserunt, & merito nam invidia pestiferum malum hominem in diaboli conditionem, ac in dæmonem immanissimum convertit. *Tollent locum nostrum*, homo temporalis, quamlibet ruinâ despiciet, ex qua sibi aliquod Inerum accrescit. Basilii Seleucens. orat. 4. *Genes. 4. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera illius non respexit, iratusq; est Cain vehementer, & concidit vultus eius, dixitq; Dominus ad eum, quare iratus es? & concidit facies tua: Cur ergo ad Cain (ait Deus) concidit facies tua? non sum vltus illata dedecora, neque flamma iniurium ablumpsi, ad te revertitur hostia, tibi dedi muneribus tuis frui, tibi satis sit ad animæ conversionem deliciare cum donistis, quorum lucrata considerans lætaberis, etsi perdas me. Rupert. Osee 10. *Ephraim vitula edoceta diligere trituram. Vitulae diligunt aræ & si eis laboriosam, eo quod fruges**

ges in ea comedant, sic & populus Israeliticus licet affligeretur & multa adversa pateretur propter idololatriam. tamen in gliviem ventrisque qui desiderans vltro ad idola revertebatur, perdebat Deum, libertatem, & filiorum vitam, quia tamen aliquid lucrabantur idololatria temporale non dolebant, sed amabāt illas calamitates; *ex pedit ut unus moriatur*: mors Christi ebibit in se dolores omnium, ut gaudiū nobis afferat. Zeno Veronens. lætatur puer Isaac patri fideli Abrahamo, ipse quoque fidelior, lætatur pater filio quoque gaudente, & cum gaudio, vnicui pignoris alligat manus, quam ille vincienda subētius offert, omnia læta in hoc sacrificio, solus Deus doluit, qui aliam victimā procuravit, quid nī? Deus ipse immolādus, ex tunc omnes lachryma, s & luctus sibi soli assumebat, ut exhiberet lætitiā hominibus, Abraham, & Isaac gaudebant, quia solus Deus dolebat, & procurabat aliam victimam, ut constaret perceptum gaudium eorū ex intuitu Crucis & Passionis Christi. Chrysostom. hom. de Cruce & latrone 1. Corinth. 15. *Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus, itaq; epulemur, non in veterifermēto, sed in azymo sinceritatis.* Paulus præcepit propter Crucem, festivitatem celebrari. *Pascha nostrum immolatus est Christus: itaque*



que diem festum celebremus, adiāxit causam,
quia Pascha nostrum immolatus est Christus,
vides Crucis intuitu perceptam lætitiā, ama-
ros namque dolores sibi Christus exugit, vt læ-
titiā perfundat cœlesti mortalia corda. Anasta-
sius Synaita lib. 3. Examer. primum miraculū
Christus fecit in aqua, quoniā tertio die, aquā
gentium congregavit in vnam congregationē,
cum eam transmutasset vera vitis ab aqua in
vinum lætitiæ, vera vitis Crux Chrysti, que in
se bibit aquas amaras laborum nostrorum, &
in vinum lætitiæ transmutat, quando inebriā-
tur cœlesti lætitiā beneficio Crucis, ablatis la-
chrymis nostris. Ambros. Ioan. 19. ablaturus
omnes lachrymas, suæ beneficij Crucis, in Pas-
sione propria, futuræ instar beatitudi-
nis, lætitiā hominibus ex-
hibebat.



DO-

DOMINICA I. Adventus.



RVNT signa in Sole Luna. Luc. 21.
Quid hoc designat? admonetur
homo suam salutem debere cū tre-
more operari. P. Hieronym. Gran-
de alteramen non in Dei clementia, sed in suo
decore confidere, quando quis sublimis fuerit
timeat ne corruat, ne confidamus in propria
pulchritudine. Leo Magn. serm. 8. de Epiph.
ne anima fiat immunda vanitate dum sibi vi-
detur clara virtute, ne ipsis operibus pietatis
elati deseratur ope gratiæ, & remaneant in in-
firmitate naturæ. Prosper. inflatio & ambitio
& per priorum bonorum superba defensio pos-
sunt destruere eleemosynas, evacuare marty-
ria. Idem, vigilant tentatoris insidiæ vt vbi pro-
ficat devotio, subrepat elatio, & vt homo de
bono opere in se potius quam in Domino glo-
rietur, sed sollicitudo nos Apostoli contra hoc
hoc periculum monet: cum metu & tremore ve-
stram salutē operamini. Arnaldus in illud Exod.
28. vers. 36. *Facies & laminam de auro purissimo,*
in



in qua sculpes opere cælatoris sanctum Domino, hæc thyra quæ caput tegit & ornat Pö-
tificis totamque eius pulchritudinē coronat,
& protegit, omnes sensus capitis Deo indicat
consecratos, & totam corporis gloriam debe-
re ad caput referri, omnia sanctitas insignia ab
eo vniversali capite veniunt. Arethas in illud
Apocal. 4. vers. 4. *Mittebant coronas suas ante thro-
num.* Coronas ante thronum abijcere victoriã
significat, nam certum ac verum regnum & vi-
ctoriam adversus omnes Deo per omnia refe-
runt. Ambros. lib. 5. in Luc. quomodo ait Do-
minus non veni vocare iustus, sed peccatores?
quomodo iustitias dilexit? nec iustum dereli-
ctum reliquit? aut quæ ista requirit, si iustus re-
linquitur peccator asciscitur? sed non Iudæi iu-
sti, quibus dicitur cum videritis iustos intrare
regnum cælorum, si sic non accipitur inven-
tur contrarium non veni vocare iustos, sed il-
los non vocat qui se iustos dicunt, ignorantes
enim Deum, & suam iustitiam quærentes sta-
tuere iustitiæ Dei non sunt subiecti, ergo vsur-
patores iustitiæ non vocantur ad gratiam. Pal-
chas. lib. 1. in Matthæum. si Sol Luna, & stellæ,
virtutes cælorum in adventu Christi, & ad sul-
gotē eius prænimia claritate in caliginē repu-
tabūtur nam: *Sol obscurabitur, & Luna non dabit
lumen*

lumen suum: quid putant, qui supercilio erecto
se sanctos arbitrantur, & præsentiam tanti iu-
dicis ac si secum de sua iustitia non formidant?
in eo iudicio nemo securus erit, nemo se esse
aliquid putabit. Gregor. lib. 29. Moral. cap. 9.
væ nobis miseris, qui de electione nostra nullã
adhuc Dei vocem cognoscimus, & iam in otio
quasi de securitate torpemus, debet esse in spe
securitas, & timor in conversatione, vt & illa
certantes foveat, & iste torpentes pungat. Gal-
fridus ne mireris quod timeat iustus Simeon
Lucæ 2. & quod fuerit timoratus in quo Spiri-
tus S. erat; non enim erat vacuus coram latro-
ne viator, & quomodo non timerent? thesau-
rum magnum habebat in vase fictili, securitas
tua aut de inopia, aut de ignorantia est, aut enim
deest, quod possit auferri, aut deesse iã putas,
qui possit auferre, time ob hoc ipsum, quia te
invenis non timentem. Tertulia. lib. de cultu
scem. cap. 2. timor fundamentum salutis, timen-
do cavebimus, cauendo salvierimus, contra si
presumamus neque timendo, neque cavendo
difficile salvierimus, qui securus agit non est
sollicitus, non possidet tutam & firmam secu-
ritatem qui sollicitus est is verè poterit esse se-
curus. Cellensis lib. de panib. c. 14. quasi enim
custos super innumerabiles gazas sic timor in-
vl-



ultimo chrismatum ponitur ab Isaia: *Et replevit eum spiritus timoris Domini*, gemma pretiosissima pietas, sed facile ab impietate surripitur, nisi timore custodiatur, melior est bona custodia acquiritorum quam impensa opera acquirendorum, habeamus bonas & pulchras gratiarum puellas, sed sub custodia diligentissimi pedagogi. Zeno Veron. serm. de timore Dei, sine fine studeat timere, ne quid præter Deum quæ diligit timeat. Nazianz. orat. 5. hoc vnum timeamus ne quid magis quàm Deum timeamus, divinæ quæ imagini per improbam vivendi rationem probrum inferamus, igitur omnis nostra sollicitudo figenda in salutis nostræ negotio, & in Deo temporaria despectui habentes. Ambros. in illud Lucæ 11. vers. 35. *Lucerna ardentes in manibus vestris: ut superno igne accensus animus non tepefeat, sed studeat semper ardere, ac si vigorem eius aliqua turbaret adversitas, unde incepit inflammari, inde poscat igni.* Nazian. orat. 40. vobis providendum ne ad gratiam cunctanter accedatis, sed summam celeritatem adhibeatis ne adulter vos prætereat, ne avarus, sicarius, publicanus, scortator, aut quisquam exijs qui per vim in regnum erumpunt de quo dictum: *regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud: vitro enim vim pati* ac

ac propter bonitatem tyrannidē suffert. Theophyl. oportet eos qui boni aliquid agunt prævolare alios, & omnia impedimenta amoliri. Cyprian. in illud Matth. 2. *Per aliam viam reversi sunt in regionem suam.* Alio tramite in suam patriam, qui enim credunt ad iustitiam ore confessi sunt ad salutem deinde vias eligant arduiores, & se mandatis districtioribus obligent, ad patriam superiorem permeatus difficiles armati milites revertuntur. Paschal. lib. 4. in Matt. *Quasi virgula sumi* (Cant. 3. *Quæ est ista quæ ascendit per desertum sicut virgula sumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris.*) Anima quæ ascendit viam quæ pauci inveniunt, quomodo sic dirigitur, & attenuatur ut sumi virgulæ comparetur ex aromatibus myrrhæ & thuris? Quæ aromata Christus docuit, ut mortificatione eius in corpore nostro ferentes. Sacrificium thuris Deo sumus ita extenuati, ut virgulæ odoramentorum iure comparemur. 3. SS. Patres super illud Cantico. 3. *Quæ ascendit per desertum sicut virgula sumi.* Anima spiritu succensa per actionem carnis crassitudinem per contemplationem rerum species extenuans probis moribus, & sermonibus levis ad Deum fertur, nec terreno pondere deprimitur. Gaudent. serm. 5. tom. 2. Biblio. Vet. Patri. in Matth. 7. vers. 13. *Quam angusta porta,* M qua

que ducit ad vitam, & pauci sunt qui inveniunt eam. Oneratos divitiarum terrestrium fascibus ingredi per illam non capit, expeditos quaerit actenuos, omniq[ue] continentia castigatos, & ut ita dixerim filo gracili similes, qui etiam per foramen illius mysticæ acus facile trãseant spirituales effecti, nulla ergo læthalis culpa est ad mittenda. Basilius Mag. in illud: *Simile est regnũ celorum homini negotiatori*. Omnes Angelicam vitam ambulantes mercatores sumus, per opera mandatorum nobis possessionem cœlestiũ negotiantes, oportet multas divitias cogere si pude fieri in operis monstracione nolumus ne audiamus accipientes talenta illud *serve nequã*. Quare quisque mercedem, & thesaurum suscipiens omni studio securus hanc vitam per trãsire conetur: nam plures multa congregantes arte gubernandi deficiente omnium iacturam fecerunt, ò sortem lugendam post ieiunia, orationem, lachrymas, pœnitentiam, rigorem, abstinentiam nudum omnibus, & eorum mercede privatam reperiri, & similem fieri mercato ri, qui vento secundo navem impellente per mare currens timendas tuto praterit procel las, deinde naufragio superveniente omnium possessione destitutus apparet, milleq[ue] laboribus parta peccato, ut aturbine deprimuntur. Seleu-

Seleucensis orat. de Ioseph. Certamen tale, luctator adolescentulus ætas huiusmodi, quæ tẽperantiam prodat, & quæ violentia voluptatis capiatur, servitij humilitas generosum animũ deprimat, domina adulatio perpetua, per omnes sentiendi vias ibat quidquid ille cerosum erat, at qui tot vndique iaculis petebatur vnũ contra omnia telum memoriam tenuit creatoris, quomodo Deum suspiciam? quibus oculis tam bene merentem contemplantor? quomodo id agam mulier, quod loqueris horresco, & tu ipsum postulas. Ambros. lib. 5. de fide, cap. 8. in Lucæ 12. vers. 40. *Quia qua hora non putatis filius hominis veniet*. Sed videamus qua ratione de signare momenta noluerit, nobis enim scire nõ proderat, ut dum certa futuri iudicij momenta nescimus semper tanquam in excubijs constituti, & in quadã virtutis specula collocati peccata declinemus ne nos inter vitia dies Domini deprehendat, non ergo differenda pœnitentia. Hildebertus epist. 15. Sed dices mihi idẽ offensus Deus clementiam promittit, puniri pretermittit, minas remittit, debitadmittit, ampliora cõfert, ita est & in misericordia Dei sperare saluberrimum, sed de ea totum pendere periculosum. Arnold. tract. de 7. verb. Christi in Cruce, Inter cætera pietatis exempla latro



hic nobis occurrit pœnitentiæ regula, confes-
sionibus forma, indulgentiæ præco, spei exem-
plum, qui dum ingemit, subito quod querit in-
venit, quod petit accipit, & illico auçit, *Hodie
mecum eris in paradiso.* Hildebert in illud Sap. 1.
*benignus est spiritus sapientiæ, & non liberabit maledic-
tum à labijs suis.* Deum quem merentur iudicem,
sperant misericordem quasi eum invenire
propitium merces sit iniquitatis, quod cre-
dimus esse religionis, at non est ita, neq; enim
misericordiam Dei lucrantur mali, quam etiã
sibi etiam timide pollicentur boni. Ephrem in
illud: *Et quæ parata erant intraverunt cū eo ad nup-
tias, & clausa est ianua.* Ostium pœnitentiæ aper-
tum est festina peccator priusquam ocluda-
tur, ignoras qua hora cœlestis medicus ostium
medicinæ suæ claudi iustus sit, festina ut cu-
reris. Gregor. Mag. homil. 12. in Evangel. apta
exhortatio, *vigilate quia nescitis diem, neque horã.*
Nam Deus qui pœnitenti veniam spondit,
peccanti diem crastinum nõ promittit, semper
ergo extremum diem metuere debemus quẽ
nunquam possemus prævidere. Nazian. orat.
in S. Baptisma. Miserum est serum consilium
capere, ac tunc damni sensu affici cum nulla iã
ratione acceptum in cõ modum sarciri potest.
Paschas. lib. 11. in Matthæũ, ac si dicat: *Vigilate
quia*

qui hora Dominus venturus. Ideo volui vos nel-
cire vt semper vigiletis, & semper parati sitis
quando Dominus vêturus ne torpor somni vos
subrepat qua propter quã longa vita hominis,
tam longa debet esse, & ista vigilia noctis, time
Deum eo timore, qui charitate informetur si
securitatem inter tot imminencia pericula ob-
tinere vis, de quo timore ait Zeno serm. de ti-
more filiali. O necessarius timor, qui nihil al-
liud agit nisi vt beatos faciat, qui timet arte nõ
casu, religione non culpa. qui metuit Deum
non naturam, alij timores quos invadunt con-
ficiunt, hic solus ad hoc crescit, vt immortalem
quem possederit faciat. Chrysol. in Psal. 127.
Quid latrone miserius? sed repente evasit om-
niam beatissimus, nam & erat crucis supplicio
damnatus, & ad mortem ducebatur, omnes eũ
accusabant, totum tempus erat consumptum,
& vita in scelere transacta, at quia exiguo tem-
pore Christum timuit, beatus factus est. Zeno
lib. 2. serm. 16. in sterquilinio sctido scaturien-
te vermibus Iob sedet quasi nihil passus, sed
solo Dei timore contentus. Chrysol. ser. 143.
quod Deus mandat per Angelum Luc. 22. *Tur-
bata est Maria in sermone Angeli,* ille meretur sci-
re qui timet scire, audi Dominum dicentem:
Super quem respiciam nisi super humilem, & mansue-



tum, & trementem verba mea. Guillel. Paris. tract. de timore, in illud Isai. 11. *Et replebit eum spiritus timoris Domini.* Alijs datum in illo requiescere, solum replere eum ab Spiritu Sancto timori tributum, spiritus timoris Domini implet eum: *In quo sunt omnes thesauri sapientia, & scientia Dei.* Celens. lib. de panib. cap. 14. noli Dina filia Iacob sine fratribus exire, quia leo est in via Sichem ardens concupiscentia tui, saltem Simeon & Levi, id est timor presentium, & futurorum tibi semper assistant protectores, & victores ne rapiaris, ne blanditijs delinita in confusionem prostituaris.

Arescentibus hominibus prae timore. Praesertim Christi adventuri severissimi iniuriarum ultoris, cuius vox aliquem impium damnans horrore plena. Zeno in illud Ioelis 3. *Sol & Luna obtebrati sunt, & stella retraxerunt lumen suum, & Domus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam, & movebuntur caeli & terra.* Hinc & timare licet, quid sit eis reservatum, quorum in causa funerei luctus poenae pertulit natura supplicium. Cyril. Alexandr. lib. 9. in Ioan. in illud. *Cum hac dixisset Iesus (Ioan. 13.) turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit: Amen, amen dico vobis quia vnus ex vobis me tradet.* Verisimile mihi videtur non potuisse carnem Christi motam quo

quo iam manifestius discipulis proditoris odium offerebatur, ita sufferre vt aliquantisper non exhorruerit. Cyprian. serm. de Ascensio. Quanta illud edictum sequentur elementa, illius vitimae tubae clamor quam horribilis, continuus erit & superfluis lacrymarum decursus, incendia nudum corpus allambent, in proprio adipe frigidae libidines ebullient, & inter factagines flammeas miseri cremabuntur, non miseretur ultra Deus, nullum ibi refrigerium, nullum remedium. Severissimum iudicium erit, sub forma hominis Deus apparebit, & Deus vt homo maxime timendus. Augustin. lib. de Trinit. cap. 13. in illud Matth. cap. 19. *Magister bone quid boni faciam, vt habeam vitam aeternam? Qui dixit ei quid me interrogas de bono? Vnus est bonus Deus. Quid me interrogas de bono? id est istam formam, quam vides quid interrogas de bono, & vocas me secundum quod vides magistrum bonum? Haec forma, filij hominis est, haec forma apparebit in iudicio non tantum iustis sed impijs, & huius formae visio non erit in bonum eis qui male agunt. Timendum ergo extremum iudicium de quo Ephrem tomo 3. de Iuliano Anachoreta. Quae accidunt hoc saeculo sive tristitia & grauia, sive bona ac laeta sinem habent, atque post huius vitae exitum remanent aeter*



na sunt, & immortalia, diem ergo iudicij, & retributionis in mente habeamus. Chrysolsto. in Catena Græca. Cogita horrendum iudicium in quo præsidet Christus iudex in elato solio, adducuntur singuli ad examen, horribiles Angeli astabunt igneam faciem præferentes, ignem efflantes ex propositi acerbitate, profundam barathrum, tenebras impenetrabiles, luce carentem ignem, virulentum, & carnivorum vermium genus, in explebiter comedens, intolerabiles cruciatus, supplicium & omnium gravissimum opprobrium, & confusionē æternam. Tertul. lib. de anima. Cum sit quod iudicium animas manet, gravius debeat credi in disputatione vitæ quam in administratione: quia nihil plenius quam quod extremius quàm quod divinius, Deus iudicabit plenius, quia extremius per æternam sententiam supplicij, iudicij sola fama sceleratos concutiet. P. Hieron. in Ioel. cap. 2. *Sicut stipulam cito flamma consumit, ita & sonitus, & terror vocis cuncta populabitur.* Tantus terror erit ut omnes nationes perhorrescant & crucientur. Theophyl. ad eò terribiles erunt hostes, ut nec dum præsentis, verum denunciati tantum, & auditi sufficiant ad castigationē. Basil. Seleucens. orat. 23. Luca 8. *Quid nobis & tibi Iesu fili Dei, venisti ante tempus perdere*

nos? Non dum eos in iudicium trahebat, nō dum tribunalis terrorem ostentabat, nō dum iudicij flammam accendebat, sed minis tantum effrares impetus refrænabat, & mali tanta viserat, eo iudicio nihil mite invenietur. Ephrem, etiā illic misericordissimus Abraham immitis, & immisericors reperietur, & qui pro Sodomis, ut salvarentur fuerat deprecatus, illic vel pro vno peccatore non supplicabit. Quo impij videbunt vilitatem ream quas dilexerunt. Ael. redus ferm. 10. in illud Isaïæ 13. *Et replebuntur domos eorum draconibus, tunc replebuntur domus eorum draconibus quando vitia, quæ nunc iucunda videntur, & dulcia in hominis conscientia draconis speciem præferent, cuius & faciem horreat, & flammam non ferat, dicuntur enim hæbestiæ terribilis esse vultus naturæ tã ignea, ut flammam ex se emittere videatur. ita profecto vitia & peccata, quæ nunc delectant, damnatis apparebunt horrida, & materiã æterni incendij ministrantia.* Idem in illud Isaïæ 13. *Vnusquisque ad proximum suum stupebit.* Apparenti dæmone fornicationis immundo non poterit, non stupere qui viderit, quod blandum cernitur, & iucundum dum suadetur amarum sentitur, dum impropertur, stupetque miser durum invenire, & immitem quem sæpè ex-



perius fuerit suavem. Eo manifestabuntur peccata Gregor. lib. 7. moral. cap. 14. Tunc vero iniquos pudor cooperit cum eos in conspectu iudicij testis conscientia addicit, tunc iudex exterius cernitur, sed accusatur interitus toleratur, tunc omnis ante oculos culpa reducitur, & mens super Gehennę suo gravius igne cruciatur. Chrysol. serm. 125. lucę 16. *Mendicare erubescio*, confusionem futuri iudicij pertimescit, in quo iam non poenitendi tempus est, sed poenarum, & vbi reus plus de conscientia quam de Gehennę erubescet incendio. Basil. Seleucę. erat. 3. Genes. 3. *Consuerunt folia ficus*. Tales demonis sunt machinationes, cum voluptate laqueat, & accusat pudendum in modum, ad ruinam impellit, & ruentes publicis ignominie notis consignat. Petrus Damian. epist. ad Blancam cap. 7. *Isai. Dies Domini super omne quod visu pulchrum*. Venit dies Domini non super omne quod pulchrum est, sed super omne quod visu pulchrum est, quia divini pondere iudicij premittitur ille, qui intrinsecus quidem vitiorum latenter ingruentium deformitate confunditur, foris autem quadam adumbrata virtutis pulchritudine palliatur. Maximum tunc dolorem incutiet reprobos separatio ab electis. Stephan. adductus a Tilmano in allegorijs. Damnati mi-

nus

nus dolebunt de suo supplicio quam quod carebunt confortio iustorum. Gregor. lib. 7. moral. cap. 14. Usque ad Sanctam quippe Ecclesiam in die iudicij reprobi veniunt: quia usque ad eius tunc perspiciendam gloriam perducuntur, ut ad maiora tunc reatus sui supplicia repulsi videant quod perdiderunt. Chrysol. serm. 123. Lucę 16. *Mitte Lazarum in domum patris mei*. Ante dixit mitte ad me, modo dicit, mitte ad fratres meos, dolet, agit infelix ne videat felicem, & zelo magis incenditur quam Gehenna, est grave illis malum, est illis incendiū non ferendum quos aliquando habere contemptui videre scelices. Titus Bostrenus, Lucę 16. *Vidit Abraham, & Lazarum in sinu eius*. Ut Deus Adamo e paradiso iecto ex adverso paradisi sedes assignavit, quo creber eiusdem conspectus dolorem instauraret, ita Lazarum in cruciatuum augmentum divitis huius aspectui obiecit. Chrysol. epist. 5. ad Theodorum lapsum. Est enim fluvius ignem non volveret, neque Angeli assisterent, ita formidabiles soli autem convocati homines quorum pars laudata est, pars ablegata ne gloriam Dei videat, num istud per se poena foret tota Gehenna acerbior, visione eterna iniqui privabuntur, quę duriorę cruciatum præ alijs ingeret. Bernard. in declamatio-



mationibus Isaia 26. *In terra Sanctorum iniqua gesit, non videbit gloriam Dei.* Durus est hic sermo, & cōminatio valde terribilis, non videbit gloriam Dei, quid igitur cetera vidisse praestat? P. Hierony. ad Demetriad. Cave ne mittaris in carcerem, & in tenebris exteriores, quæ quanto à Christo vero lumine separamur tanto nos maiori horrore circumstant. Gregor. lib. 9. moral. cap. 38. Psalm. 57. *Super cecidit ignis, & non viderunt Solem.* Ignis super impios cadit, sed Sol igne cadente non cernitur, quia illos quos Gehennæ flamma devorat, à visione veri luminis exeat, ut & foris eos dolor combustionis cruciet, & intus poena cæcitatatis obscuret, quatenus qui auctori suo corde, & corpore deliquerunt, simul corde & corpore puniatur, & utrobique poenas sentiant, qui dum hic viverent pravis delectationibus ex utroque serviebant, torquendi impij affectibus carnalibus relictarum in hac vita rerum. Nissen. in Cat. D. Tho. Lucæ 16. *Rogo te pater ut mittas Lazarum in domum patris mei.* Lazari anima non est erga præsentia sollicita, nec retorquet se ad aliquod relictorum, ceterum dives quasi quodam visco etiam post mortem à vita carnali ditinetur: nã si quis omninò carnalis secundum mentem fiat, nec postquã corpus exuerit remouetur à passioni-

tionibus eius: invidia accedunt in electos, eisque poenas exoptant. Chrysolog. serm. 122. Lucæ 16. *Mitte Lazarum.* Quid clamas adhuc dives? adhuc dives sed crimine non censu, adhuc divitem malitia non deserit quem iam possidet poena, qui non se ad Lazarum duci postulat, sed ad se Lazarum vale deduci. Despice ergo mundalia si securitatem inter tot pericula optas, ea contemne quæ cito evanescent sicut impij ea diligentes. Origen. in Psalm. 36. *Vidi impium super exaltatum, & elevatum ut cedrus Libani, & transivi, & ecce non erat.* Propterea sermo divinus ex persona iustorum hæc dicit, cum videmus extolli impios, & crescere transeamus ab his quæ videntur, & temporalia sunt, & transferamus nos ad ea quæ non videntur, & sunt æterna, cogitemus temporalia hæc esse, & paucorum dierum quæ videntur elata, intueamur iudicij diem, & in eo cernemus eum, qui super exaltatus est, ut cedrus Libani in die iudicij omninò non esse, si navigas vides terras montes transeuntes, quia tu prospero ventu flante transis ipsi se subducere videntur, & ferri, si navigas Spiritu Sancto perflante per transies hæc, quæ videntur: quia temporalia sunt, & intueris illa, quæ æterna sunt, & dicis quia hæc omnia, quæ videntur iam non sunt, quia nec futu-
ra



ra sunt, perpetuum dolorem impijs mundalia, quæ dilexerunt afferent. Chrysoft. homil. 3. de Ozia tom. 1. Proverb. 25. Ne concupiscat pulchritudinē eius cor tuum. Legit, ne cognoscas pulchritudinem alienam. Non dixit ne videas, id enim non nunquam casu fit, sed ne confideres illud tollens, ne studio animadvertamus, ne curiose intueare, ne vitiosa cōtemplationi immoreris, proinde specta temporariam illam, quæ & aspectu profisciscitur voluptatem, sed perpetuum dolorem considera, qui ex ea nascitur. Zeno ser. de præcepto, Proverb. 23. 3. 1. *Ne intuearis vinum quando flavescit cum splenduerit in vitro color eius ingreditur blande, sed in novissimo mordebit vi coluber, & sicut regulus venena diffudit.* Attende tibi si quando obscæna concupiscentiæ illecebrosi animau suggestionibus impetunt, & præcipitem in luxum libidinis rapiunt si attendas tibi, & recorderis invenies: quia præsens dulcedo libidinis ad finem amarissimum vergit, & iste qui nunc carni nostræ incubat luxus generabit ex se per vigilem suppliciorum vermem perpetuæ ultionis conscientia confodientem, sed & calor iste desiderij carnalis, fervor quæ libidinis temporalis æternū Gehennæ ignem, & vlticium flammarū perpetua promulgabit incendia, his cogitationibus

bus libido discedet, quies animæ reparabitur, sicut inverecundarum famularum strepitus cōprimitur ex præsentia severæ dominæ.

Levate capita. Fidendo soli Deo quo fundāda omnis spes. Basil. orat. 70. sicut nulli alij quā soli Deo cultum tribuere parest, sic etiam neq; in vna aliare spem debemus constituere quam in Deo, qui in homine confidit ille non potest dicere. *Domine in te desixi spem meam.* August. in Psalm 9. *Tibi derelictus est pauper, orphano in eris adiutor.* Ideo pauper est idest omnia mundi bona contempfit, vt tu sis eius spes, his pupillis pater fit Deus quibus dicit, *ne dicatis patrem habere in terris.* Et quæ nobis alia spes est, si non sumus ei derelicti, qui nos non derelinquit, dicite esse pauperes, & Deo relinqui. Chrysoft. in epist. 1. Paul. ad Timoth. *Divitibus huius sæculi præcipe non sublime sapere, nec sperare in incerto divitarum, sed in Deo vivo.* Quid in eo speras quod repente transfertur? id quippè divitiæ sunt, quid in eis spem ponis quibus confidere omnino non potes? Anselm. Nam si in certa divitarum prudenter attenderet, nunquam superbi-ret, sed semper timeret, & esset sollicitissimus, multi pauperes perturbationibus liberi, multi divites comprehēsi, cruciati, & interfecti sunt, multi heri divites, & evigilant pauperes. Bernard.



nard. ferm. 15. in Psalm. *Qui habitat, quemcunque locum occupaverit pes vester vester erit. Pes vester spes vestra est, & quantumcunque processerit obtinebit si tamen in Deum tota figatur. & nō titubet. Nilus apte scriptura Madianitas habere tabernacula mobilia, muros vero Ierusalem, & mœnia firma dixit, omnia enim quæ spe in Deo circumdata sunt firma sunt, & munita, quæ vitij circumscripta tabernaculi speciē habent. Ambros. lib. 6. in Lucā. Qualis debeat esse, qui evangelizat verbum Dei designatur: *ut sine vitga, sine pera, sine calceamento, sine pane, sine pecunia. Subsidij secularis adminicula non requirens fide, & spe divina tutus, putet sibi quominus ea requirat posse suppetere, spes in creaturis exitialis. Theodoretus in Jerem. cap. 2. Iudei negantes Deum dixerunt non habere Regem nisi Casarem, hac de causa Casari tradidit illos. Clemēt. Rom. const. 6. cap. 20. Exod. 32. Fac nobis Deos qui nos precedant, hac vna in re sapiunt, quod se sine Deo nihil fatentur posse. Athanas. ad Sebastian. Moyses Exod. 33. recusavit ducatum Angeli: Nisi (inquit) Deus ipse nobiscum proficiscatus, ne me hinc abducat. Nolebat enim creaturā ducē populi esse ne omisso creatore creaturæ inciperent servire. Chrysostom. Lucæ 22. Palet Abraham miserere mei. Creator creaturæ miseretur**

retur suæ, vnus venit medicus, qui sanat morbos, alij sanare non possunt, erras miser. Drogo lib. de pas. sacramen. Luc. 22. *Et post pusillum alius videns eum dixit, & tu de illis es, Petrus ait, & homo non sum. Hominem attendis nō Deum, et totam præcipitij causam. Athanas. omnis creatura demutabilitate suspecta est, sed ipsum verbum suum corpus pro nobis obtulit ne hominum spe, aut fiducia moveremur. Philo Carpati Cant. 1. Egredere, & abij post vestigia gregum tuorum. Septuag. in vestigijs. Anima errabunda vagatur quā pondus Spiritus Sancti, & amor Christi ardens non firmat, misera quæ circumfertur varijs cogitationibus, quæ soli Deo non adhæret, & eum solū amando quærit honestatem vitæ, illi in vestigijs gregum, hoc est in vmbri in vanitatibus, in erroribus, in vitijshominum gregalium, & brutorum miserrime vagentur, & iacent, quos Christi amor, desiderium, spes non firmat, pascit, erigit, fovet, illuminat, beat. Avertenda à creaturis spes, quæ solū fallacia possunt exhibere cum ipsæ nihil sint. Zeno in Psal. 128. quem admiratus Propheta David in sæculi rebus, quæ in corporeis operibus manens excelsum: *Et elevatum sicut cedrum Libani, comperit, hunc transiens id est peregrinus sæculo factus, & in cœlestem, ac spiritualem**

N cognit



cognitionem de terrenis, & caducis rebus excedens pronihilo habuit, etiam non esse duxit, & mortuum deputavit. Ambros. fulget homo splendore gratiæ sæcularis vt Libanus, nixus est mundi potentia, opibus exultat, videtur tibi aliquid esse ante quam dicas cum Propheta *transiens videbo*, sed vestigium mentis artollens videbis eum nihil esse. Hugo Victor. Ecclesias. 1. *Ego Salomon fui Rex in Ierusalem*. Fui iam non sum quia etli sum, id ipsum iam nihil esse, agnosco quod sum. Ambros. lib. in Luc. *Arundinem vento agitatam*. Iure arundini comparandi, in quibus solide iustitiæ nullus est fructus, qui forensibus criniti phaleris, nodis obsiti, vacuoris strepitu sonori nulla sui utilitate, frequentietiam offensione intus inania, foris speciosa sectantur. Zeno Psal. 118. *Fiant sicut fanum celorum, quod priusquam evellatur, exaruit*. Inanes sunt, vacui sunt, inutiles sunt, inania enim & inutilia severunt, ò infelices labores, & infructuosa carnis opera ædificiorum fæno comparata, & antequam evellantur arida, & ante inutilis mensis tempus è mortua. Gilibertus, serm. 15. Cant. 3. *Qua est ista qua ascendit per desertum? Desertum verè & aridum, & sterile reputat omne hoc per quod ascendit, & qua nam ratione nobis factus deserti huius: Odor sicut odor agri pleni* &

& quasi ei benedixerit Dominus? Quantos trahit ad se deserti huius odor, & tenet ne possint evelli, odor iste mortis ad mortem inanita est, quã putatis vbertatem, terra sitis est, & imago mortis sicut dicit Ieremias *Terra sitis*, cupiditas mûdana magis irritat quàm satiat, infructuosa est ista quam plenitudinè putas, & si quid est fructus id fluxum est, & mutabilitate sua mortis fert imaginem, quomodo vbi mortis sentis imaginem, odorè vitæ sentire te putas? Galfridus puto per annos 15. (4. Reg. 20. *Ecces sanabit te, die tertio ascendes templum Domini, & addam diebus tuis 15. annos*) intelligi vitam beatam, quæ sola est intelligibilis ætas, & non iam tempus, sed æternitas, puerilis interim est vita nostra, vt parvuli sapimus quotquot sumus, at illa beatæ, & æterna ipsa est dies tertia, qua ascensuri sumus in templum Domini sicut dictum est Ezechia. Chrysost. Psal. 134. *Homo vanitati similis factus est*. Quid hæc ab umbra differunt nõ solum tempore mortis, sed etiam ante mortem? Quæ hic fiunt sunt similia pueris ludentibus, qui enim hodie iudicat cras iudicatur. Grego. Mag. lib. 4. Reg. cap. 12. *vanæ sunt res sæculi, quasi manentes blandiuntur, sed amatores suos cito transeuntes* (*Præterit enim figura huius mûdi*) decipiunt. Basilius homil. de paradiso. Florida



est rosa, sed mihi tristitia infligit, nam quoties eam video peccati mei admoneor propter quod terra condemnata est, ut spinas proferret, & transitoria ac brevis momenti vernorum florum gratia adhuc desiderantes destituit, nondum enim ab eorum collectione domum reversi sumus, & ecce in ipsis adhuc manibus constituti marcescunt. Stephanus Cantuariensis. Joel 1. *Vlulate omnes qui bibitis vinum indulcedine, quoniam perijt ab ore vestro.* Signatius dixit, peijit quam perit vel peribit, quia adeo est instantanea delictatio, ut potius dicenda sit praeterita quam futura licet sit in praesenti. Nazianz. orat. 43. Ieremias 8. *Apprehenderunt mendacium.* Ne quid admireris, quod non permaneat, ne quicquam arctius constringas, quod cum manibus tenetur effluit. Nissenus tract. 1. in Psal. cap. 7. Psal. 89. *Anni nostri sicut aranea meditantur.* Ut tela aranea apparet quoad conexa fuerit, at si quis manum admoverit de repente contacta elabes evanescit, sic humana vita contexit sibi non subsistentem telam, quam si quis apprehendat firma cogitatione in nihilum recidit: nam solum opinio est nihil subsistens honor dignitas generis claritudo divitiae quibus vitae huius aranei inhiant. Zeno Psal. 89. *Mane floreat & transeat, vespere decidat.* Cordis exul-

exultatio nullos fructus invenit, & oculorum extollentia de alio in aliud elata quidquid viderit mobilitate fugaci statim deperdit. Indor. Pelusiota. *Ego Solomon fui Rex in Ierusalem.* Ecclesiastes 1. Tempus iam avolavit, partim cum ad esse videatur latet, partim cum adhuc expectatur praeterit. Hilarius Psal. 137. *Super flumina Babylonis.* Flent omnes qui se captos in Babylonem sentiunt, & sedent super flumina, omnia enim saeculi, & corporum opera modo fluminum sine aliqua cursus sui statione praeterfluunt, currunt namque & labuntur & transeunt, quae enim corporalis voluptas non praeterita iam nulla est? quod terrenum gaudium non cum ipso furtivo sensu praesentis fructus sui transit? Richard. Viet. Cant. 3. *Qua est ista qua ascendit per desertum?* Desertum mundus vocatur, vel quia deseritur, & contemnitur, vel quia se ipsum deserit, & in se deficit, cum tempore gaudia temporis transeunt, quot dies quis accipit ad vivendum tot ei amputantur gaudento, gaudium mundi transit, & deperit cum tempore unde tale gaudium ad instar puncti est.

(*†*)

DOMINICA II.
Adventus.

CVM audisset Ioannes in vinculis opera Christi. Math. 11. Ioannes charissimus Deo labores patitur quippe charissimi Deo laboribus condecorandi. Tertul. Apol. ca. 50. Licet nunc vos Ethnici nos Christianos sarmetitos appelletis: quia ad stipitem dimidiati devincti sarmetitorum ambitu exurimur, hic est habitus victoriæ nostræ, hæc palmata vestis, tali curru triumphamus. Ambros. lib. de Isaac c. 3. Ioan. 13. *Quo ego vado non potes me modo sequi. Claves ei commiserat regni cœlorum, & sequendo se, imparē iudicavit.* Ambros. lib. de Ioseph cap. 11. Triticum multis datur, Schypus vni, non enim omnes, sed Propheta dicit: *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo.* Fulgent. lib. tertio, ad Trasimund. capite 24. Ioan. 21. *Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me? cum senueris extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quo tu non vis.* Cum ille tertio interroganti, trinum amoris sui testimonium reddidisset, statim Dominus Petro ponendi pro se animam elargitus est facultatem, dicens,

dicens, cum senueris alius cinget te. Basil. Seleucens. orat. de Transfig. Matth. 16. *Siquis vult venire post me tollat crucem suam.* Dixit Dominus si quis vult post me venire abneget semetipsū, tollat crucem suam, & sequatur me, affectionē enim præbet societas crucis. Leo ser. 8. de Pas. Non fortuitum, sed mysticum fuit, vt Iudæis in Christum sãvientibus ad compatiēdum ei Simeon Zyrinæus peregrinus occurreret dicēte Apostolo: *si compatimur, & conregnabimus.* vt sãcratissimo Salvatoris opprobrio nō Hebræus, sed alienigena eligendus subderetur. Merito Deo dilectus laboribus exercetur nam ijs vita æterna obtinetur P. Hieron. The sal. 3. *Vi nemo moveatur in tribulationibus istis, ipsi scitis quod in hoc estis positi.* Qui in hac vita alsidue mala tolerat, velut in signo positus ictus suscipit ferientis, vnde Paulus cum persecutiones toleraret, dicebat quid in hoc tempore vulnera nostra miramini, qui si æterna gaudia quærimus huc ad hoc venimus vt fruamur. Paschasius Thren. 3. *Tendit arcum suum, & posuit me quasi sagittā in signum.* Habet ex hoc arcu iudiciorū Dei Christus alias immittere sagittas ad perimēda peccata, alias ad vulnerandas animas amore charitatis, inter hæc anima constituta est quasi signum ad sagittam, vt hinc suscipiat vulnera cha-



tatis, illinc repellat omnia iacula inimici quatenus suis triumphet de hostibus, & victrix cū corona accipiat paradisum. Gregor. lib. 2. 6. moral. cap. 18. Nostrum est hic flagella percipere quibus servatur æternitatis gaudium. P. Hierony. Iacob eo tempore quo fugiebat in Mesopotaniam fratrem suum venit ad Luzam, & ibi posuit lapidem ad caput, sub capite ipsius lapis erat Christus, nunquam sibi posuit lapidem ad caput, nisi quando persecutorem fugit, quando diu erat in domo patris sui, & habebat refrigera carnis non habebat lapidem ad caput, recessit de domo nudus, in virga, & statim nocte invenit lapidem, & posuit ad caput, qui talem habebat pulvillum in quo refrigerabatur, vidit visionem cœlestium, iustos labores exaltat. Nazianzen. orat. 11. O laudabilem, & admirandam calamitatem! ò passionem incolumitate sublimiorem! Tertul. lib. contra Iudæos, Ifai. cap. 9. *Factus est principatus super humerum eius.* Christus novam gloriam, potestatem, & sublimitatem suam in humero extulit, crucem scilicet. Damianus lib. 7. epist. 5. lib. 3. Reg. cap. 4. *Locutus est Salomon tria millia parabolas, & fuerunt carmina eius quinque millia, & disputavit super lignis à cedro.* Fuerunt carmina illius quinque millia, disputavit super lignis quæ Christo con-

gruunt

gruunt, cuius carmina sunt 8. vulnera corporis quibus per orbem triumphalis eius victoria prædicatur, sub eodē numero carmina supputantur sub quo tenetur, & vulnera per quæ victoria singularis laudis æternæ gloriam promeretur. Macharius, hom. 9. Exod. 7. *Ecce constituit te Deus Pharaonis.* Moyses probatus à Deo, & per multam patientiam invectus fidelis, quæ multas primum tentationes pertulit, & postea factus est Redemptor, dux & Rex Israel, imò Deus Pharaonis à Deo est cognominatus. Chrysostom. hom. 8. in c. 4. ep. Ephes. Actor. 12. *In ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites vincitus catenis duabus, & ecce Angelus assistit, percussit eum, latere Petri excitavit eum.* Hic si mihi quisquam dixisset, elige vtrum velis, vis esse Angelus Petrum stimulus ac solvens, an Petrus servatus? Petrus utique maluissem esse propter quæ Angelus descendit, vinculis istis potiri libuisset, gloriam adducunt & exaltationem. Ambros. lib. 4. de fide ad Gratianum c. 1. Psalm. 23. *Attolite portas Principes vestras & elevamini porta aeternales, & introibit Rex gloria.* Obstupuerunt Angeli cœlestis mysterium, vnde cū resurgeret Dominus, & in cœlū ascenderet obstupere cœlestia, nam veniebat novis victor redimitus excubijs, præbant cœlites mirantes

N 5

spolium



Spolium ex morte quæsitum, trophea Crucis, & triumphatoris manubias intuentis, quasi eum quem emisserant cœli portæ capere non possent, licet nunquam eius capiant maiestatem, maiorem aliquam viam quærebant revertenti. Augustin. Psal. 21. *aruit tanquam testa virtus mea: magnificè dixit firmum factum est nomē meum de tribulatione, quomodo enim testa ante ignem mollis est, post ignē fortis, sic Domini nomen ante passionem contemnebatur, post passionem honorificatur.* Nazianz. orat. 31. *Matth. 8. Cum descendisset Iesus de monte secuta sunt eum turbe multe.* Si in spelunca sua mansisset, si ad hominum infirmitatem minimè, se demisisset, si quod erat mansisset, in accessibilem se & incomprehensibilem custodiens, pauci fortasse secuti fuissent, at quia exinanitur, quia cœlitus descendit, id circo perceptibilis efficitur. Cyprian. Domini nomen ante Passionem contemnebatur, post Passionem honorificatur. Ambr. lib. 2. de Spirit. S. c. 5. cap. 5. in Cant. *Ego flos campi.* Flos odorem suum succisus reservat, & contritus accumulatur, nec avulsus amittit, ita Christus in Cruce nec contritus emareuit, sed speciosior fusi coloris cruore vernavit.

Tu es qui venturus es. Nec ignorat Ioannes Christi

Christum esse Messiam, sed in Christi scientia vult ut tyro opinari dum discipulis quos ad Christum mittit prodesse conatur specimē optimo Principi, & Evangelico ministro prebens qui postponere debet propria sua suorū salutem. Synepsius lib. de regno, rectè omninò vetus sententia subditorum multitudinem, Regem non potius facere quàm tyrannum, sicut nec ovium multitudo pastorem potius quàm coquum qui illas abigit, ut maestatis nō modo ipse famem expleat, sed & alii epulandas vānum proponat, iisdem profus limitibus Regem censeo à tyranno disidere, nā quoad fortunam pertinet, ambobus haud dissimilis est, in multos uterque homines imperium habet, verū qui id in vitæ ratione sequitur, quod subditis commodum videtur, qui laborem & modestiam præferre vult, ne quid illis molestum sit, qui pro illis pereclitatur, ut in pace & securitate degant, quique vigilare, & in maximo concursu sollicitudinem versari sustinet, ut non etiam & interdum subditi malis omnibus vacent, hic in genere ovium, pastor, in hominum verò genere Rex est, atqui per luxū potestate abutitur, & imperium voluptate ac delicijs conterit, suas omnes cupiditates explendas sibi adducens, qui gregem non saginare, sed à grege

sagi-



faginari vult eum inter peiora coquum appello, eum tyrannum esse cenſeo, ſi quod ſubditū eſt, populus ſit ratione præditus, hæc vnica eſt Regis norma. Paſchal. lib. 8. in Matth. Marc. 9. *Bonum eſt nos hic eſſe, & hoc ipſum mendaciū eſt, quia ſi ſic bonum eſſet, vtique in eo permāſſent loco, nec tamen alijs ſubueniſſet, non diſco generi humano, ſed nec ipſis Coapoſtolis qui cum eo ad eum locum nō aſcenderant, nec enim de his aliquid cogitare videtur Petrus in quibus charitas commendabatur Bernard. ſermone 12. in Cant. Exod. 32. *Si dimittis, dimitte, ſin autem dele me de libro tuo.* O verè hominem vnctum vnctione miſericordiæ loquitur patris affectu, què nulla poſſit delectare felicitas ex orbitibus quos parturit, Moyses nō vult ſe ſolum introduci in gaudium Domini ſui, foris remanente populo, cui etſi ingrato affectione matris inhæret. Chryſoſt. hom. 15. ep. 2. Corinth. Moyses propter ſubditos Exod. 2. ineffabiles theſauros dereliquit eligens magis affligi cum populo. P. Hier. Ioannes mittebat diſcipulos ſuos in vinculis cōſtitutos, vt ſibi quærens illis diſceret, & capite truncandus illū doceret eſſe ſectādum, quem interrogatione ſua magiſtrum omnium fatebatur. Dionyſ. audendum dicere ipſum rerum auctorem honeſto bono:*

bonoque omniumque amore ductum pro ſingulari bonitate amatoria extra ſe fieri rerum omnium procuracione, & quaſi bonitate, charitate & amore deliniri, atque ex ſtatu quo ſeparat omnia, & ab omnibus ſecretus eſt, ad eū qui in omnibus eſt demittitur ea vi, quæ eſſentiam ſuperat, & omnia extra ſe rapit, nec interrim ab eo diſcedit.

Renuntiate Ioanni, quæ audisti & vidisti. Ex beneficentia Chriſtus agnoſci vult quippe benefacere eſt cōgruens Deo. Ambroſius lib. 7. in Luc. in parabola de prodigo. Bene autem carnem vituli, quia Sacerdotalis eſt victima, quæ pro peccatis fiebat, epulantem patrem inducit filius, vt oſtenderet quoniam paternus cibus eſt ſalus noſtra, & patris gaudium noſtrum redemptio peccatorum Clement. Alex. lib. 6. ſtrom. nan cum ſit bonus, ſi ceſſaret vnquam benefacere Deus quidem ceſſabit eſſe, quod nefas quidem eſt dicere Nyſſen. tract. 1. in Pſalm. cum nos omni improbitate obruti ſimus, ipſe à natura ſua nequaquam deſciuit, ſed id quod eſt egit, neque enim decet eum qui natura bonus eſt aliud quàm quod natura eſt, agere. Chryſoſt. ſerm. 93. ad delicias deitatis totas totam pulſat Magdalena cordis ſui & corporis ſymphoniam, organi planctus dat clamorem cytha



cytharam per suspiria longa modulatur, gemitus aptat in fistulam, & dum pectus ipsam conscientiam arguens sæpè percutit, facit placitura Deo cymbala personare. August. in Caten. Lippom. Genes. 2. *Et requievit Dominus die septimo.* Propterea requievisse dicitur Deus cum creaturæ rationali in qua & hominem creavit in se ipso requiem præbuit. Chrysost. hom. 55. in Matth. tom. 2. Isai. 58. *Tunc erumpet quasi mane lumen tuum:* cur non apparebit, sed erumpet? ut velocitatem & copiam dantis exprimeret, & illum nostræ salutis valde cupidū esse, quod quæ muneribus plenus ex largiendi festinatione quasi prorumpat, cum nihil sit quod ineffabilem eius impetum possit prohibere, quibus ostendit infinitam bonorum copiam nobis esse paratam. Didymus Psalm. 76. *Aur obliviscetur misereri Deus.* Ut neque cur oblivisci vniquam potest quo minus illuminet, nec ignis quomodo calefaciat, nam etsi ad modici temporis iram peccato interposito videatur misericordias continere, attamen non in perpetuū continebuntur. Cyprian. epist. 2. ut sponte Sol radiat, dies illuminat, fons rigat, imber irrorat, ita se spiritus cœlestis infundit. Dionys. ut Sol (lib. de divin. nom. c. 4.) eo quod est omnia illustrat, quæ eius lumen capere possunt, sic etiam bonum

bonum quod ita præstat soli ut prima species tenui obscuræque imagini per se ipsaque essentia sua his quæ sunt omnibus pro eorū captu totius bonitatis radios emittit, divina essentia bonitas est, quæ hoc ipso quod bona est bonitatem diffundit. Ambros. lib. de fuga sæculi, cap. 6. hoc est bonum quod penetrat omnia, & omnes in ipso vivimus, & ab eo pendemus, ipsum autem supra se nihil habet, sed est divinū, quod ergo bonum divinum, & quod divinum bonum, & ideo dicitur: *aperiente te manum tuam omnia implebuntur bonitate.* Primasius lib. 3. in Matth. Luc. 15. *non sum dignus vocari filius tuus:* hoc insinuat filius prodigus qui quamvis non audeat nec dignetur se filium vocari, tamē Patrem eum appellat, quem scierat nō posse mutari, ac si clamet, si ego peccavi in cœlum & nō sum dignus vocari filius, tu nunquam pater fore desistis, neque viscera paterni affectus unquam prætermittis. Bernard. serm. 5. in nativ. Domini quod miseretur proprium est illi, ex se enim sumit materiam miserendi qui ab Apostolo dicitur *pater misericordiarum.*

DOMINICA III.
Adventus.

MISSERVNT *Indei ab Ierosoly-
mis Sacerdotes & Levitas ad Ioannē.*
Ioan. 1. Non fidas omninò aliorū
officijs, sed per te ipsum tuæ salutis negotia pe-
rage. Cellensis lib. de panib. cap. 25. Lucæ 16.
*Pater Abraham mitte Lazarum ut intingat extre-
mum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meā.*
Conscientia de gravibus confitentibus non al-
terius, sed proprio digito velit amore pœnam
Chrysost. tom. 6. Psalm. 48. Abraham Gen. 18
hospitalitatis ius & munus executus est (Gen.
18. *Ipse ad armentum cucurrit & tulit inde vitulum
tenerimum, tulit quoq; butyrum & lac. & vitulum
quem coxerat, & posuit corā eis ipse verò stabat iux-
ta eos sub arbore*) nec servo id oneris imposuit,
sed sibi & vxori, cum autem & vxor & nuptiæ
filij apparuerunt servo ut abeat, præcipit (Ge-
nes. 24. *Dixit ad servum, ad terram & cognationē
meam proficiscaris*) cum peregrinos excipit per
se hoc officium præstat. Nazianzen orat. 2. de
Pasch. Exod. 12. *Tollei unusquisq; agnum per fami-
lias & domos suas.* Mirandum non est quod ma-
ximè

xi me quidē per singulas domos agnus requi-
ritur, quandoquidem optimum est sibi unum-
quemque ad perfectionem sufficere, seque ho-
stiam sanctam vivamque vocanti Deo offerre,
Ambros. lib. 2. de pœnit. venit ad monumen-
tum Christus, & si viderit flere pro te Marthā
boni fœminam ministerij, & flere Mariam que
attente audiebat Verbum Dei, movebitur mi-
sericordia cum viderit in tuo obitu lachrymas
plurimorum, & dicet vbi posuistis eum? hoc
est in quo reorum statu est, in quo pœnitent-
iam ordine? videam quem fletis vt lacrymis
suis ipse me moveat, cur hæc legatio non fit ad
Christum, sed ad Ioannem? quippè hæc igno-
rantia hominum Deum relinquere, caducis in-
hiare. August. in Psal. 18. iubet avaritia vt ma-
re transeas & obtemperas, iubet vt te ventis &
procellis committas, iubeo ego vt ante ostiū
tuum ex eo quod habes, despaueri, pigeres
ad faciendum ante te opus Dei bonum, & stre-
nuus es ad transeundum mare. Clem. Alexan.
lib. 2. Pædag. c. 12. aurum gryphes custodiunt,
amari teguntur margaritæ, vos autem curam
super vacancam ponitis in ijs quæ non oport-
ent, ecce totum cœlum est apertum, & Deum
non queritis, absconsum est aurum & lapides,
ij apud nos scrutantur qui sunt damnati capi-
tis



tis. Ambros. lib. 3. de Spiritu S. 20. aureis emūt
Ismacelitæ Iosephum 30. Iudæi Christum, ad
sacrilegium perfidi largiores, quàm ad salutē
fideles sunt. Gregor. lib. 19. Moral. cap. 16. om-
nes huius sæculi dilectores in terrenis rebus
fortes sunt, in cœlestibus debiles, nam pro tem-
porali gloria vsque ad mortem desudare appet-
tunt, & pro spe perpetua ne parum quidem in
labore sustinēt, pro terrenis lucris, iniurias to-
lerant, & pro cœlesti mercede, vel tenuissimas
contumelias ferre recusant, terreno iudici toto
etiam die assistere fertes sunt, in oratione co-
ram Domino, vel vnus horæ momento laxan-
tur: cur sapientes non mittunt ad Iesum quem
turbæ sequebantur, & ad quem turbę occurre-
bant? nam sapientia mundialis non est apta, ad
percipiendum divina. Ambros. lib. 1. de inter-
pellat. cap. 9. si vis sapientiam invenire calca-
fluctus huius mundi, sicut calcavit Petrus, &
ambula super aquas huius sæculi, & porriget ti-
bi dexteram sapientia sicut porrexit Petro.
Tertul. lib. de car. Chr. apud sapientiam sæcu-
larem facilius creditur Iuppiter taurus factus,
aut cygnus, quàm verus homo Christus. Ber-
nard. serm. 1. de Epiph. Matth. cap. 2. *Vidimus
stellam eius in Oriente.* Quia per sapientiam mū-
dus Deum cognoscere non poterat, placuit
Deo

Deo per stultitiam prædicationis salvos fieri
credentes, ingrediuntur Magi stabulum, inve-
niant involutum pannis infantulū, prociidunt,
venerantur vt regem, adorant vt Deum.

Confessus est quia non sum ego Christus. Retun-
denda tentatio, & peccato alliciente repugnan-
dum. Ambros. Gen. 22. ver. 11. *Abraham, Abra-
ham.* Repetivit vocem tanquā veritus, ne præ-
veniretur studio devotionis, & vna vox impe-
tum ferientis revocare non posset, Chrysost.
geminatio vsus est, vt superaretur impetus
iusti, & quasi per vocem detineatur iusti dex-
tera iam tendens ad pueri cædem. Zeno serm.
1. de Abraham, ecce sub vinculis iacet filius
adstrictus, vbi sunt lacrymæ? vbi dolor? qui in
humanis casibus versari consuevit? in tantis fi-
lij casibus lætatur, & se Dominum promerit
se triumphat. Orig. hom. 8. in Genes. 22. *Tolle
filium unigenitum quem diligis Isaac.* Vide tenta-
tionis pondus, charis, ac dulcibus appellationi-
bus iterum ac sæpè repetitis paterni suscitantur
affectus, vt amoris evigilante memoria ad
immolandum filium paterna dextera retardā-
retur, & vt adversus fidē animi tota carnis mi-
litia repugnaret. Ambros. lib. 1. de Abraham,
cap. 8. Genes. 22. *pater mi,* pietatis vocabulis pa-
tris affectus & fluctibus quibusdam, hinc atq;
hinc



hinc tunditur, filius vocat patrem, pater nominat filium, ut ipso verborum sono se recognoscit pater, quam impossibile est, ut ferire possit, cuius se vulnere subijcere optaret. Gregor. lib. 5. Moral. ca. 17. Diabolus formicis leo est, volatilibus formica, fortis contra consentientes, debilis contra resistentes, si ei assensus praebeatur, quasi leo, si resistitur quasi formica atteritur, alijs leo est, alijs formica, quia crudelitate illius carnales vix tolerant, at spirituales infirmitatem illius pede virtutis calcant. Chrysol. serm. 17. Marc. 9. Lucæ 30. *quod est tibi nomen?* Christi interrogatio nobis aperit quod latebat, contra vnum hominem legio? evidens est desidia militis, si deserat aciem, si gressum retrahat, si configere pertimescat, vbi vnum numero hoste fortiorem praevidet esse captivum, ad praesentiam Regis istius quid sunt? qui vnum & nec dum tyronem caperent, tot cohortis suae agmine convenerunt? vbi essent si vexillum iam Crucis, si Christi signa vidissent? age Christiane, incede securus, manus tanta & tam multa quae sic metuit inermem. procul fugiet, si videat, si sentiat, si cognoscat armatum. Cyril. Ierosol. catech. 2. si neglecte susceperis concupiscentiae incitationem per ratiocinationes, radices in te figet, & mentem tuam ligabit. &

& te detrahet in foveam malorum, sed forte dicis, fidelis sum non me apprehendet concupiscentia, etiam si aliquod concupiero obscurius, an ignoras, quod etiam in petra radix figitur, & saepe manet?

Dirigite viam Domini. In vigilandum animarum salutem. Tertul. lib. de carne Christi, Matth. cap. 12. *Qua est mater mea?* Quale ergo erat, si docens non tanti facere matrem aut fratres, quantum Dei Verbum, ipse Dei Verbum nuntiata matre desereret? negavit itaque parentes, quomodo docuit negandos pro Dei opere. Nizetas Scholiastes Nazianzeni in illud Isaia, *quod mittam, & quis ibit ex nobis? ecce ego, mitte me.* farias cum remissis sibi peccatis, audisset, quis proficisceretur ad populum hunc? atque existimaret eam ob causam nuntium quaeri, ut pari beneficio fruerentur illi ad quos mitteretur, praerani mihi laetitia, se ipsum offert, ut illis quoque peccata remitterentur. Bernard. serm. 17. Cant. 2. *En ipse stat post parietem nostram, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos, & dilectus meus loquitur mihi, surge, propera amica mea.* Post hunc tantae dignationis & miserationis respectum sequitur vox blande, & leniter insinuans voluntatem, quae non est aliud quam ipse amor, qui otiosus esse non potest de ijs quae Dei sunt sollicitans



licitas & suadens, & audit sponsa ut surgat, & properet ad animarum salutem. Augustinus, serm. 103. Lucæ 23. *Neq; tu times Deum. Quis non admiretur & compugatur? non solū enim quod in ipso erat, sed & ea quę circa ipsum erāt relinquens, de altero curam gerebat, in Cruce Doctor effectus, & corripiens dicens: non times Dominum tuum?* Chrysostr. nō solum intra se fuit, sed & suas necessitates præmittēs, aliorum utilitatem cogitabat, & magister pendebat in Cruce, & sanis persuasionibus alium invitabat ad vitam, dicens. *Nequē tu times Deum?* Chrysostr. hom. 1. de S. Romano 1. Thesal. cap. 3. *Nunc vivimus si vos statis in Domino.* Vide quantopere studebat, ut res fratrum recte se haberent, qui nec se vivere existimabat, si illi salvi non essent, homo qui ad 3. coelum raptus fuerat, atque in paradysum delatus, tantam quę apud Deum fiduciam fuerat assecutus, illorum bonorum sensum nō capiebat, nisi etiā fratres secū salvos esse vidisset. Chrysol. serm. 10. Psalm. 20. *afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum: afferte, afferte filios arietum, quos sponte venire, aut necessitas vetat, aut ætas impedit, aut tenent vitia, aut delicta morantur, adducite volentes, trahite nolentes, facite vobis de aliena necessitate mercedem, servū Dominus*

minus adduceat, filium pater offerat, nō retar det, vir coniugem deducat ad fidem, amicus amicum attrahat ad salutem, ut de gratia divina humanam comprobet charitatem, peregrinum civis, possessor hospitem Dei ad mensam deducat, nemo dicat non vult, quia Abraham ut filium offerret, colligavit, & Loth Angell, ut subtraherent flammis, subtractum manibus sustulerunt. Bern. serm. de Ioan. Bapt. serveat etiam in nobis zelus iste, amor iustitię, odium iniquitatis, nemo vitia palpet, peccata dissimulet, nemo dicat, *nunquid custos sum fratris mei?* nemo æquanimiter ferat si viderit ordinem perire.

DOMINICA IIII. Adventus.

FACTVM est Verbū Domini super Ioan- nem in deserto. Lucæ 3. Dum est in deserto impletur Verbo Domini, & enim contemnenda mundialia, ut obtineas æterna, & apteris divinis percipiendis. Cyril. lib. 7. de adorat. Exod. 19. *Totus autem mons Sinai fumabat eo quod descendisset Dominus super eum in igne.* Igitur quod in monte descendit Deus signum



est non illum ad mentes abiectissimas venire, neque cum illis habitare solere, qui terrenos, & humi abiectos animos habent, sed cum eo, cuius animus in sublime cōscendit, & quasi verticē excelsum tenens, humana despiciat, & ea quæ sola sunt Dei spectet. Ambr. lib. de Isaac cap. 6. Cant. 1. *Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea.* Aperi, inquit mihi, noli aperire ad-versario, sed extraneis claude, sæculo claude, neque ipsa foras ad illa materialia prodeas, neque tuum relinquant lumen, & alienum requiras, quia materiale lumen tenebrosam infundit caliginem, ut non videatur lumen veræ gloriæ. Cyril. Abacuc. cap. 2. *Super custodiam meam stabo & figam gradum super munitionem, & contem-plabor, ut videam quid loquatur in me.* Sæctis quippe solemne fuit, si oracula à Deo percipere, futurorumque notitias suscipere vellent, curas & sollicitudines huius vitæ ab animo longissi-me remove, & ita vacuo & custodito velut in speluncam & petram ad eorum considerationem emicare, quæ illis scientiarum Dominus aperire vellet, depressam enim & deiectam mentem odit, at corda terrenis negotijs & temporaneis cupiditatibus altiora, & in sublimia volentia quærit. Chrysostom. hom. de Elifæo & Syris 4. Reg. 6. Elifæus indicat regi quæcun- que

que locutus in conclavi tuo: *Dixitq; eis, ite & videre ubi sit, & annuntiaverunt ei ecce in Dothaim.* Nullus te, inquit, detulit, nullus tua consilia denudavit, sed est propheta, qui si id cogitas novit, si quid loqueris scit, quæ occulte disponis cognoscit, illis idem totum retulit, idem totum retulit, idem quod disposueras indicavit, sedebat Elifæus monte altior mundo, propior cœlo, iacentia infra se despiciens; superna devotus attendens, nec humano colloquio deditus, qui per precum colloquia Deo fuerat copulatus. Cyril. Osee 2. *Et loquar ad cor eius, & dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallē Achor ad aperiendam spem.* Perpende quomodo non prius data ad aperiendum intelligentiam eius vallis Achor, quam loqueretur ad cor eius, nec enim divina præcepta Iudæorū populus intelligeret, nec in typis Christi mysteriū aspexisset nisi ut nos, qui credidimus cōmunionem Spiritus Sancti. auctus, & superna illuminatione dignatus fuisset. Cur Ioannes in deserto? quia hoc docet à nobis despicienda terrena, & cœlestia sequenda. Origen. hom. 4. in Cant. *Isaias 26. Vrbis fortitudinis nostræ, salvator ponetur murus, & antemurale.* Per id ostenditur, quia evocans sermo Dei animas à corporalibus negotijs, docere eam de futuris sæculi mysterijs cupit, ut



spe futurorum munita in nullo possit illecebris vinci. Chrysof. Psalm. 22. *Dominus regit me, nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocabit, super aquam refectiois educavit me.* Magna est ista refectiois aqua, est & alia aqua, quæ non est aqua refectiois, sed aqua consumptionis, de ipsa dixit Hieremias cap. 20. *Foderunt sibi lacus derisos, aquam mendacem.* Gillibert. serm. 4. in Cant. 3. *Surgam & circuibō civitatem.* Psalm. 47. *Circundate Sion, & complectimini eam.* Nulla quæ creata sunt in conditionis suæ statu infinita sunt, ea idè mens quæ circuit vniuersa pertransit, solus ille requies est amati, & refectio, qui finis est omnium. Macharius hom. 44. *Sicut qui sunt in mari non bibunt ex mari, neq; ex eo victum sumunt, sed aliunde important in navem, sic animæ Christianorum non à sacculo isto, sed de super è cælo cibum cœlestem capiunt.*

Et venit. Statim ac verbum audit mandat executioni. Evangelicus minister doctrinam operibus debet mandare. Tertul. lib. contra Hermog. cap. 18. *Prov. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum.* Sophia igitur ipsius exinde nata, & condita est, ex quo in sensu Dei ad opera mundi disponenda cæpit agitari. Isidor. Pelus. lib. 2. epist. 114. *Levit. 8. vers. 8. Doctrina,*

& veritas. Alij legunt. *Splendores, & perfectiones.* Fabulæ mihi videntur verba sine operibus. Theodoret. sicut qui pictoriam artem discunt eam manibus exercent, sic Evangelica doctrina non tantum discenda, vt eam teneamus, sed vt verbis, moribus & vita exprimamus. Beda Lucæ 19. *Quare non dedisti pecuniam meam ad mēsam, vt ego veniens cum vsuris exegissem illam? Qui verbi pecuniam à doctore percipit, emitque credendo, necesse est eam cum vsuris solvat, vt quod auditu didicit, sequatur & adu. Nazianz. Nec mutuum peto, sed scænus nec talentum solum, sed & talenti quæstum.* Ambros. lib. 3. de Spiritu S. cap. 18. *O Iuda proditor, vnguentum passionis eius trecētis denarijs æstimas, & passionē eius triginta denarijs vendis, dives in estimatione, vilis in scelere.* Stephan. Cantuar. in Alleg. Tilm. 3. Reg. 17. vers. 12. *Non habeo panē nisi quantum pugillus capere potest farina in hydra.* Hebr. *præter plenam manum farina.* Pugillus farinae verbum Domini, pugillus operatio est, quæ tum ergo fidelis accipit de verbo Domini, tantum debet in opus convertere. Auctor operis Imperf. apud Chrysof. Matth. 19. *Maledixit ficui.* Vide folia eius quomodo secundum similitudinem manus sunt formata, folia viriditatis sunt species sanctitatis in homine, aut sine fructu



fructu operum verba religiosa, quicunque homo religiosus id est arbor rationalis proficetur se esse Dei, & iustitiam non operatur arbor est folia sine fructu portans. Chrysost. homil. 3. Genes. *Vidit Deus lucē quod esset bona.* Num prius quam fieret lux, nesciebat quod bona, sed postquam producta fuit oculus primum ostendit opifici pulchritudinem, & bonitatem producta? Et quis cui cor est, tale quidquam diceret? nam si homo, qui per artem aliquid operatur, priusquam fabricet, quod vult facere, & priusquam formet se ita ut vult, quod edolare statuit, quanto magis omnium opifex, qui verbo omnia ex nihilo, ut essent, produxit, sciebat antequam lucem faceret, quod esset bona, quare ergo hac dictione usus est. Nazianzen. oratione in plag. grandin. Ephes. 5. *Fructus lucis iste est in omni bonitate iustitia, & veritate.* Non is, qui in verbis sapit, mihi sapiens erit, neque is qui linguam habet volubilem, animum autem in eruditum instar sepulchrorum, quæ extrinsecus sunt ornata, & speciosa, intus autem mortuorum cadavera, & multum recondunt fetorem, sed ille qui pauca de virtute loquitur, multa autem ostendit operibus, fidemque sermonis per vitæ roborat actionem, longe præstabilior formæ pulchritudo, quæ conspicitur, quam quæ ser-

sermonis pingitur industria, nec non divitiæ, quæ manibus continentur, quam quæ effinguntur in somnio, ac sapientia quæ non sermonibus splenderet, sed operibus collucet, sine operibus doctrina, & scientia afflictionem ingerit. Paccatus in Panegyri. habet oculos conscientia carnifices, qui magis torquent, & lancinant vitalia quam cruces. quàm vulnera, & tormenta. Ambros. Eccles. 1. *Quid addis scientiam addidit laborem.* Confusam oculorum aciem lux ferit, & si quid est ægritudinis, plus gravabit. Theophyl. Matth. 11. *Confiteor tibi Domine quia abscondisti hæc à sapientibus.* Deus ob misericordiam suam non revelat aliquibus plura mysteria, ut non magis puniantur, ut potè aspernantes ea quæ didicerunt. Ambros. lib. 10. Luc. Fortasse Petrus ideò Malchi aurem tulit, ne amplius delinquerent audientes, qui audita servare non possent, sic & aliquando confudit Deus linguas extruentium turrim, ne se audirent, & opus sue impietatis auerent. Origen. homil. 7. in Exo. sed dicit aliquis, si manna verbum esse dicis, quomodo vermes fecit? nec aliunde fiunt vermes in nobis nisi ex verbo Dei sine opere, sic enim dicit ipse, *nisi venissem, & locutus eis fuisset peccatum non haberent,* post susceptum ergo verbum si non sequantur opera, vermis est qui conscientiam



cientiam fodiat, & arcana pectoris rodant. Aug. homil. 4. in Fest. omnium Sanctorum, Psalm. *Beati mundi corde quoniam ipsi Deum videbunt.* Hoc para vnde videas, quid desideras ortum solis cū oculis lippis? sani sint oculi, & erit illa lux gaudium, non sint oculi sani, erit illa lux tormentum. Ambr. lib. 2. de Abraham cap. 4. Ut infirmiores oculi lucem refugiunt, ita mens in valida sapientiae fulgorem non sustinet, tales erant Geraseni Matth. 8. vers. 34. *Qui rogabant Iesum, vt transfret de sinibus eorum.* Bernard. serm. 6. de Ascens. Omnes quæ sursum sunt intellectu quærimus, at nō æque forsā sapimus quæ sursum sunt, tanquam inescati ijs quæ sunt super terram, violento quodam præiudicio rationis, quantus dolor, sic afflicti plangimus miseros qui internos cōversantes illuminati sunt, sed non inveniuntur affecti, intelligunt bona, sed non diligunt intellecta, sursum per cognitionem trahuntur, sed deorsum retrahuntur per affectum.

Baptismus Pœnitentiæ. Pœnitētia Deo gratissima, Irinzus lib. 3. cap. 27. Primus peccator Adamus veritus divinos oculos ad ficus folia confugit, quorum aspero indumento cōtectus, divinis obtutibus se separabat, folijs ficulneis semetipsum contegit, existentibus, & alijs folijs

lijs multis, quæ minus corpus eius vexare potuissent, condignum tamen inobedientiæ amicum fecit conterritus timore Dei, & retundens petulantē carnis impetum, adventum Dei expectans, radians ficulneo cilicio divinis oculis. Rupert. lib. 2. in Ioan. *Cum esses sub ficu, vidite.* Vidit non solum Nathanaelem, sed & omnes electos, cum primus mandati transgressor cōsuetis ficus folijs pudenda contegeret, iam tunc vidit eos, & miseratus est, iam tunc disponebat quo illos ordine liberaret, qui filij Adami sub ficulneo cilicio erant, & paternæ pœnitentiæ æmuli notabantur, oblectabāt oculos divinos, ne dimittas pœnitentiam. Basil. Seleucens. 2. Reg. 12. *Et dixit David ad Natham, peccavi Domino, dixit q; Natham ad David, Dominus transtulit peccatum tuum.* Concurrat cum culpæ confessio ne gratia qui evit, sed quod pœnitentiæ stadium capessiverat: modicus tenuit, medicamentum, nec quidem post curationem abiicit, at flens per omnem vitam clamabat: *Lavabo per singulas noctes lectum meum.* Chrysolog. serm. 30. merito paralytico dicitur: *Dimittuntur tibi peccata tua:* quia cōpensaras delicta doloribus, publicano Mattheo dicitur: *Sequere me,* vt sequendo me repares, quod sequendo pecuniam perdidisti, vbi diuturni labores erant, vt in paralyti-



co apte cadit remissio peccatorum. Ephrem, de Pœnitent. toto corde debet respiciens pœnitentiam agere, semperque eundem se exhibere, uti incaperat, nā si defecerit, iudiciū imperfectæ conversationis exhibet. Basil. Seleucens. orat. 12. Ninivitæ soluto in os edito decreto, & liberatione exhibita, pœnitentiam salutis sociam non reliquerunt, pœnitentia gustū excitat ad capescendas virtutes. Petrus Cellens. lib. 12. de panib. sterilis est omnis effusio lachrymarū, quæ non effunditur propter regnum cœlorum, inanes sunt lachrymæ, quas dānum, vel incommodum extorquet temporale, non igitur aqua Iericho huius mundi, sed de paradiso sit tibi panis & refectio, solæ lachrymæ contritionis auferunt fastidium, & parant nobis escas vitæ. Idem ibi, lachryma, aut facit, aut invenit paradysum, cum enim profusione lachrymarum tota irrigatur conscientia, ligna producuntur fructum vitæ facientia. Nicetas. Iobi 33. Si per peccationis suæ causam in peccato consistere intellexerit, atque ad Deum de errato suo confessus se converterit, impendentem mortem imbibet, etiam si sexcenta sint, quæ mortem lacessant, & accersant, lethale arcetur per pœnitentiam, & fastidium mortem inferens. Rupert. lib. 6. in Oseam. *Sanabo* (cap. 14. *Oseæ*

Oseæ) contritiones eorum, convertentur sedentes in umbra eius, vivent tritico. Septuag. Convertentur, & sedebunt sub umbra eius, bibent, & inebriabuntur frumento. Sanabo, inquit, contritiones eorum, id est in gaudium convertam tristitiam illorū, qui ad pœnitentiam contristati sunt, habentes cor contritum, & humiliatum, convertentur sedentes in umbra eius, hoc est conversi sedebunt, & talibus sedentibus vitalis alimonia cœlitus ministratur, & de bono semper proficiūt in melius, si vis satisfacere Deo non solum alienis, sed magis tuis nitere virtutibus. Bacharius epist. ad Ianuariū de lapsis, Genes. 24. *Cum au-*
disset Abraham captum Loth, numeravit expeditos
vernaculos suos 318. & persecutus est eos usque Dā.
Captum ab hostili legione filium fratris sui assumpta sola non aliena vernaculorum suorum turba eripuit Abrahamus, tu similiter assume vernaculorū turbam, id est opere tuo. non alieno, animo auxilium præsta captivo. Hierem. 31. *Sintue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige*
cor tuum in viam rectam. Theodoret. *Da cor tuum*
(legit) in humeros tuos, nam decipitur, qui pœnitentia
onus alienis non suis portari cupit. August. ex vet. testam. quæst. 18. 2. Reg. 15. *Pec-*
cavi (dixit Saul) quia prevaricatus sum sermonem
Domini, & verba tua, timens populum, & obediens



voci eorum, sed nunc porta, quæso peccatum meum, & revertere mecum, ut adorem Dominum. 2. Reg. 12. Peccasti Domino (dixit David) dixitq; Nathan ad David, Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris. Quare Saul peccans petit orare pro se, ut ignosceret sibi, & impetrare non potuit, David autem peccans postulavit, & veniam consecutus est? David non alium pro se voluit humiliari sicut Saul, sed ipse supplex tribulato corde veniam precabatur. Cellensis Abbas lib. de panib. cap. 25. Lucæ 16. Pater Abraham mitte Lazarum, ut intingat extremum digiti sui in aqua, & refrigeret linguam meam. Non alieno digito, sed propria manu salus obtinenda, & conscientia de gravibus, non alterius, sed proprio digito velit amovere poenam. Ambros. lib. 2. de poenit. Vbi posuisti eum? Venit ad monumentum Christus, etsi viderit pro te flere Martham, boni foeminam ministerij, & flere Mariam, quæ attente audiebat verbum Dei, movebitur misericordia, cum viderit in tuo obitu lachrymas plurimorum, & dicet, vbi posuisti eum? Hoc est in quo reorum statu est, in quo poenitentium ordine? Videam quem fletis, ut ipse suis proprijs lachrymis me moveat, præter aliorum lachrymas, adhuc requiritur lachryma tua, ut obtineas salutem, Bernar. in Apolog. ad Guilielm.

Apocal. 14. Et audivi vocem de caelo, tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruum magni, & vocem quam audivi, sicut cithara domini citharizantium in cithararibus suis. In caelesti patria, non est qui alienis solis, sed qui suis pulvisibus aures divinas pertingat, vix cithara discitharizantibus, non ut illi de Apocalypsi, in citharis suis, sed verè ut hypocritæ in alienis, reparatur peccator in vitam æternam lachrymis. Ambros. lib. 2. de poenit. cap. 6. Lucæ 16. Et ut appropinquans Iesus, videns Ierosolymam, flevit super illam, dicens, quia si cognovisses, & tu, & quidem in hac die tua, qua ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis, quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & coangustabunt te, & ad terram prosternent te. Ipse Dominus flevit Ierosolymam, ut quia ipsa flere volebat, Domini lachrymis ad veniam pertineret, Dominus præmittebat lachrymas, eas non curantibus Ierosolymitis, ne deficeret, vnde reliquæ Ierusalem salvarentur, & haberet evertenda civitas, vnde reparari posset. Athanas. in Cat. Græca, Psalm. 2. Tanquam vas figuli confringes eos. Contentit figulus vas, quod è manibus cadit, nõ delens, sed reformans, non alium lutum, quam vetus, aquam tantum addens, quod & Christus fecit, peccator igitur pulvis factus de lachrymarum



marum aqua speret reformari in vitam æternam, & sola adhibita aqua lachrymarum virtute Christi poterit peccatorum pulvis coagulari in vitam, rigorem præveniat semper misericordia. Isidorus Pelusiota lib. 3. epist. 7. Quod quidem Deus ad misericordiam propensus sit perspectissimum habeo, quod autem acerbissimum poenarum exigat ab ijs, qui ipsius misericordiam contemnunt, tum scriptura, tum res ipsæ tentatur, quis nam enim diluvium induxit? quis Sodomiticam terram vna cum incolis concremavit? quis Ierosolymam persecutus est? quam obrem, ne beniginitate, ac misericordia sola freti peccemus, verum iustitiã quoque cogitantes respiscamus. Prosper lib. de promiss. cap. 29. 3. Reg. 17. *Vade, & fac* (dicebat Elias vidue) *sicut dixisti, verum amen mihi primum fac de ipsa farinula sub cineribus panem.* Cur sibi primum postulat? ex hoc ipso Propheta sibi prius offerri iubet, vt misericordia primū occupet locum, quam præire ante faciem Dei scriptura testatur. Aelredus, speculo charitat. lib. 3. cap. 26. Ioseph sanctus prius lachrymis naturalem erga fratres protestatur affectum, quem si vir sanctus naturali posposita ratione sequeretur, nequaquam fratres salubri dolore à prodicionis crimine purgarentur, salvator etiam

etiam Iesus prius erga suos indutus affectum, ruituram civitatem Ierosolymam, compassionem mirabili deploravit, nihilominus tamen civitatis scelera summa calamitatis iniuria ex rigore iustitiæ castigavit, in Deo reperies misericordiam, cæterum cave tibi à peccatis, nivellis iudicium, idque durissimum extremum pati, adstruit viam misericordiæ rigor, & iustitiæ asperitas. Berengosius Abb. serm. in natali Martyr. Psalm. 59. *Deus repulisti nos, & destruxisti nos, iratus es, & misertus es nobis, commovisti terram, & conturbasti eam, sana contritiones eius, quia commota est, ostendi populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis, dedisti me timentibus te significationem, vt fugiant à facie arcus.* O ira misericors, o salubris indignatio, o ira clemens, quæ sic irascitur, vt subveniat, sic minatur vt parcat, sic aufert vt restituat, sic tradit vt eripiat, sic destruit vt muniat, sic abiecit vt restituat. Salvianus lib. 1. de gubernat. Dei, Exod. 32. *Percussitq; Dominus populum pro errore vituli, quem fecit Aaron.* Quod potuit maius, & evidentius de peccatoribus Deus ferre iudicium, quã vt statim consequeretur poena peccantes? Et tamen cum omnis populus reus fuerit, cur non est in omnes emissadamnatio? quia pius scilicet Dominus partem percussit gladio suæ sententiæ, vt partem cor-



rigeret exemplo. Basilius Seleucef. orat. 11. 3.
Reg. 17. *Vivit Domiuus* (dicit Elias) *Deus Israel,*
in cuius conspectu sto, si erit his annis ros, & pluvia,
nisi iuxta oris mei verba Cupit ne Elias funditus
evocetere Israelem? potius optat vt super vni-
versos deveniat misericordia Dei, ideo omnes
concludit in ira, vt Deus misereatur omnium,
videns Propheta populum Iudæorum, cultū
Deo debitum in dæmonia transferentem, ira
pietatis auxiliatrice assumpta, voce, quæ cælo
legem ficitatis imposuit, claustra nubibus in-
iecit, orta pietatis plena, exardescit aliquando
ira Dei, & pergit vastare populos, cæterum in
medio itinere pandit mille vias misericordiæ.
Ambros. in Psalm. 37. 1. Paralip. 21. *Ex omni*
parte me angustia premunt (dicebat David) *sed me-*
lius mihi est, vt incidam in manus Domini quia mul-
ta sunt miserationes eius, misit ergo Dominus pestilē-
tiam. Nunquid David donari sibi pœnam po-
ponit erroris? quod si fecisset, impudentiæ no-
taretur, quod moderationi divinæ fuisset in-
gratus, elegit non quod à flagello esset im-
munis, sed quod moderatius iudicavit, vt Dei le-
nitati se cōmitteret, qui taliter punit vt mise-
reatur, pœnitentia scala qua homo ascendit ad
Deum. Pat. Hieronym. in tradit. Hebr. Genes.
28. *Viditq; in somnis Iacob scalam.* 2. Reg. 13. *Di-*
xit

xit vir, cui constitutum est de Christo Dei, egregius
psaltes Israel. Hebr. *Dixit vir, cui constituta est sca-*
la Christo Dei Iacob. Scala eidem Christo Dei
Iacob, idest Davidi constituta est, per quem
conscenderet ad Deum, eo quod idem scilicet
confessus fuerit se peccasse Domino in Vria
Ethæo, & pœnitentiam agens per hanc scalam
conscenderit ad Deum. Ephrem de pœnitent.
Væ hæreticis dicentibus non esse pœnitentiã,
ex his enim insipientes sunt, qui dicunt non
est Deus, nam si in hominibus infirmis, & me-
dela indigentibus non est pœnitentia, simile
erit dicere non est Dominus Deus, ad quem
per pœnitentiam conscendit homo. Cellensis
Abb. lib. de panib. cap. 12. O lachryma hu-
ilis, tribunal iudicij tendis, nec vereris, aude-
t vbi timet Angelus, sola si intraveris,
nunquam tamen sola, vel
vacua redibis.

(*†*)

LAVS DEO.



